8

MANIFESTUM DEFENSORIVM PRIMÆ, EX TRIBVS, PARTIS Operis Venerabilis Matris Mariæ à Jesu de Agreda, inscripti:

MISTICA CIVDAD DE DIOS.

QVÆ PARS, GALLICE TRAducta, passim sensu, & litera nothis vulnerata; absque prologo, & notis, ac vita scribentis Hispanicè; neque vernaculo cum originali collata; Parisijs, in facultate divisa Sorbonæ, à factionis Doctorum partialitate, nullo fuit improbata iure; à cæteris autem eo tunc approbata.

Fr. JOANNES RIQVELME, Bæticæ Prouinciæ, Minorum Obseruantiæ alumnus, Lector Theologiæ, Exdiffinitore, Qualificator S. Inquisitionis, Scriptor publicus, & Pater Prouinciæ Canariensis, scribebat.

Gadib. ex Typ. Christoph. de Requena, anno Dñi 1697.

ILL^MO. AC R^MO.

D. D. IACOBO DE PALAFOX ET CARDONA,



HISPALENSIS METROPOLIS, HISPAnicæ Primatis Ecclesiæ, ex Panormitæ Passione, Archiepiscopo dignissimo: Regio Consiliario, &c.



T veritatis enodandæ opusculum ad pedes, motivum ad aures V. I. libet subditus minor, diligens maior, sit sacra metaphora prius expresio, quam exẽplar. Concepit sterilis Rebecha in Sorbona Parisiensi; Deus exaudivit, *& dedit conceptum Rebeccæ*, ac in eo causaliter, conceptum pasivum, & activum SS. Virginis, quam post sterilitatem intellectus increduli, immaculatam concepit Sorbona, per Jacob (quis huius forma, illius proles fuisset? dicat alius, vel S. Bernardinus) Primo ipsi datum fuit agnoscere domum Dei, & aliud in ea non esse, nisi *porta Cæli*; esseque Civitatem Dei. Et *Appellauit nomen Vrbis Bethel.* Ast si Deus *dedit conceptum* vnum quid est duos postea pugnare? *Collidebantur in vtero eius paruuli.* Quod in Claustro Sorbonæ, qui conceptum Diaboli fecit, alium sibi, & contrarium fecit: Velut Esau, nec non & Phares, vnitatis maceriam in vtero dividens. Gemens inde Mater facultas ait: *Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit*

Gen. 25.

S. Bern. serm. de Concept.

Gen. 28.

Gen. 38.

con-

concipere? q.d. prudentius fuisset conceptum differre, quam iuramento concipiens, filium calcitrantem pati. Causa fuit pugnæ obsidio illius Civitatis Dei, titulo, vita, & naturali puritate constructæ in prima partium, Gallicè, & incautè traducta, Ven. Matris de Agreda, quam ad iudicium, contra ius, factio Vniversitatis arripuit. Vbi congruit Sorbonæ dictum; *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi, ex vtero tuo dividentur: populusque populum superabit, & maior serviet minori.* Factio enim, populus maior, numero, & audacia, minorem superavit; qui sunt DD. Mariani, sic ab alijs vocati, quia pro Mariæ à Iesu, tum de Agreda, honore, tum de Cælo Reginæ, ac Ciuitatis Dei, in columitate, pugnabant: cui omnis jaculatio in recto paliata, aliud in obliquo indicans, minabatur: & muta, quasi in vtero, factio vocitabat per sensibilia signa crepitantia; quibus cor nolens reserabat, quod volens ore non valebat. Vnde non ex dictis, sed ex tacitis, intima vigebat collisio. Qui munditiam originalem SS. Virginis noscunt, nihil annexum damnabant. Omnia munda, mundis erant. Non ita, qui confitentur se nosse munditiam illam, factis autẽ negant. Inde, in iudiciali partu *gemini in vtero* (claustri) *reperti sunt*, conceptus, scilicet affectus; & effectus. Nam licet maior superans, *prior egressus est* (propositiones libri, & ipsum censura damnans; tamen) *protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu.* Illius simul comprimens progressum; ex typis illico iniustitiam, & malitiam congressus referendo; & suam censuram censuræ iniquæ promulgando. Ita Deus (vt sibi à principio placet) lucem ex traxit de tenebris. Nam facultas semper potuit approbare; damnare modo non, quia iure incapax erat; vnde factiosa pars non damnavit, quia non potuit; pars autem pia approbavit librum, quia potuit; & fungi, cum 60 Doctoribus, nomine, & opinione facultatis, tunc plenè deficientis, ex multis in actu delictis: Non tamen id posset pietas; nisi semel per factionem, licet iniustè, libro in iudicium avocato; & ad hoc bonum, impletum est, quod,

&

& si nolenter, *Maior serviet minori*. Hic est eventus. Cuius mera enarratio eficatior libri sit defensio: in qua saltem præsumo salvare istius opusculi defensionis inscriptionem; quam forte formalius aliqui docti Seraphicæ Religionis assument; inter quos, vsque ad vnum, non increui; obedientiæ tamen, Superioris Generalis creativa potestas mede nihilo vnum plasmavit; qui defendere nequeo; sed defendi indigeo; & tanta manu, quanta pusillitate deprimor, quæ charitate, ignea; iustitia, illæsa; misericordia, indefesa; fortitudine, indeflexa; æquitate, solaris; constantia impar; paupertate, dives; humilitate, sublimis; pietate, communis; spiritu, ænea, scientia, non elata; potentia, non alata; sanguine, ingenua; nobilitate, hæroica; dignitate, prima; authoritate, protensa; mihi simul actu, iugiterque grata experta, omni roboris signo, hoc pusillum queat, mecum favere opificium: tam copiosum quærens asyllũ, Opusculum V. I. dico. An totum inveni? Taceo. Integritatem synceram spiritus vestri scio; vestrum auxilium opto, pudore vestro non egeo; nec me decipere curo. Vnum scio, non occultum, quod si communi voce affirmativè asseram, maximè expressio arguetur debitrix personæ, vitæ, & sanguini (per quem cognatus prolis, recta linea, S. Francisci estis) neque oportet me solvere modo. Est quod liceat, & non expediat. Si autem hoc, Deo largiente, sibi totum ita est? ipse scit; & ipsi dicam. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Fr. Juan Riquelme.

Censura D.D. Antonij de Roxas, & Angulo; Sacræ Theologiæ Dris, olim Maioris Collegij Hispalensis violacea chlamyde Togati; in eaque, & Universitate Rectoris, atque Cancellarij; Almæ huius Cathedralis Ecclesiæ Canonici Magistralis; prius eodem munere signati in alma Cathedrali Ecclesia Guadicensi; utriusque Diœcesis Visitatoris Generalis; Synodalisque Examinatoris; & istius Gadicensis Episcopatus Iudicis Synodalis; Apostolicique S. Cruciatæ Subdelegati.

COmmissione D. Lic. D. Laurentij Martinez de Herrera Montero, apud Senatus Regios Advocati, Provisoris, Vicarij Generalis huius Civitatis Diœcesisque Gadicensis, pro Illmo. ac Rmo. D.D. Fr. Ildephonso de Talavera, Dei, & Apost. Sedis gratia, Episcopo, à Consilio Catholicæ Maiest. &c. Accuratè, sedulòque inspexi magna animi motione opus hoc, cui titulus defensionis operum Ven. Matris Mariæ à Iesu de Agreda, Conceptionis Ordinis, & Minorum Alumnæ, & Abbatissæ. Authore R. A. P. Fr. Ioanne Riquelme, eiusdem Ordinis, in hac Prov. Bætica Sac. Theologiæ Lectore, ex Diffinitore, Clarissimo Scriptore, ad Fidei causas S. Inquisitionis Qualificatore, & Canariensis Prov. Patre conscripto. Novit iam hæc Bætica talem, ac tantum Magistrũ; Noverunt, & opera eius quotquot ignibus æstivis, hyemalibusque vigilijs literarum metas attigere. Plane equidem Sorbonensis Academicus cætus Galliarum numen, in tanta sacrorum luminum, ab eadem Diva, arcana, in mortaliũ cognitionem edita, eliminata, vel ambiguitate, vel inscitia, insurgit, damnationis decreto; sed nunc tela, quibus infringere studuit, & veritates, & doctrinas, quæ à SS Deipara, ipsi, clariore perceptione tradũtur, nostro eruditissimo Franciscano Antagonistæ, ad luculentiorem suæ Sapientiæ exhibitionem deserviant: Inter arma militaria, quæ gẽtibus ad usum extitere; secures erant, quæ Romæ viros consulares, ornatissimos Reipublicæ Dynastas, præibant, has enim cognominabãt, ut explicit D. Isidorus, *Franciscas*, ab usu *Francorum*, qui eas, & prælio, primò sacravere, & eas invenisse esseruere; sed nunc vere, & Arma Franciscana nostri sapientissimi Defensoris, eum Venerabiliorẽ, & splendidiorem exclamant. Nunc ergo, omnes Galliarum Sapientes, Doctores, Magistri eruditioni tantæ intendentes, accedite, desertas domos, patriamque oblivioni relinquite, sicut Scripturarum Maximus Præceptor Hieronymus, in 1. cap. epist. ad Paulinum edidit de Tito Livio, his clamoribus. *Ad Titum Livium, lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hispaniæ, Galliarumque finibus, quosdã*

ve-

venisse nobiles legimus, & quos ad contemplationem sui, Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Quid enim huius Venerabilis Matris scripta, quid doctrinæ Sacræ ibi reperta, alto pennarum incessu contendunt, nisi vt mysticæ Ciuitatis supernæ descriptio impleatur? Qua nutantes firmentur, neniæ exulant, obtrectationes fugẽtur, scopuli calcentur, & ardua Omnipotentis brachij, à cælicolarum, fragiliumque creaturarum Regina explanata, tamquam vades, ad solutionem tanti debiti clarescant. Hanc ergo talem, tantamque Civitatẽ obruere præsumunt Gallicani? Vbi anxietates, dubiaque evanescũt) Vbi errores obnubilantur? Vbi oracula fidei splendent? Sane hic vigesimum, secundi libri Regum, caput sese offert probatissime. Tyranicè adversus Dauid terga vertit Siba, Diademate spoliaturus contendens, ipsum persequitur Ioab; fugit Siba, Abelamque civitatem ingreditur muniendus, sed Joab Civitatem Abela, militari gyro circuit, conatur muros prosternere, turres demoliri, Arces in fringere, vt sic talem proditorem lucraretur. At inter puporum, senum, iuniorum, fæminarumque lamenta, inter dimicantium inflatas cristas, raucis tubarum clangoribus tonantibus: *Mulier quædam, quæ erat sapiens in Ciuitate*, altiorem speculam ascendit, Joab vocat, ipsumque alloquitur: *Exclamavit mulier sapiens de Ciuitate, appropria huc, & loquar tecum.* O Joab, *sermo dicebatur in veteri proverbio, qui interrogant, interrogent in Abela, & sic perficiebant. Nonne ego sum, quæ respondeo veritatem in Israel? & tu quæris subvertere Civitatem, & evertere matrem in Israel? Quare præcipitas hæreditatem Domini? Responditque Joab; absit, hoc à me, non præcipito, neque demolior.* Suscipite nunc eruditissimum Patrem Cornelium à Lapid. *Quasi diceret nostra Vrbs Abela, ab olitanis temporibus, habita fuit domicilium virorum sapientum, gymnatium, & quasi oraculum sapientiæ, vt si quod in Religione, in moribus, in rebus agendis esset ambiguum; & difficile, id ad Abelanos sapientes resolvendũ deferrent, & quidquid ipsi resolvissent, id exequebantur, & proficiebant, idque faciliter, & optimo successu. Cur ergo tu ò Joab, audes oppugnare hanc Vrbem, quæ est Oraculum Fidei, & sapientiæ?* Nil elegantius, nil elegantius, nil pulchrius, pro nostra mystica Ciuitate, quam, vt alter Joab, Galliarum Academia evertere tentat; iterata voce ipsi proferamus: *Cur ergo tu ò Joab, audes oppugnare hanc Vrbem, quæ est oraculum fidei, & sapientiæ*; & Vrbem, non alicuius viri eruditionibus signati, sed mulieris, cuius eloquentia Ciuitas fulgebat: *Mulier quædam, quæ erat sapiens in Civitate.*

Vanè enim oppugnare contendunt Gallicani Doctores mulierem hanc fortem, quam mirabiliter supernus spiritus alto styli vertice depictam, summo fastigio allatam exhibuit: *Procul, & de vltimis finibus*

præ-

pretium eius; quod prætium *de vltimis finibus*, doctissimus Dominicanus Parra, exposuit iuxta Psal. 50. *Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi*; Genebrardus luculentius explanavit ad rem nostram: *incerta, abstrusa, & arcana, nullis, aut paucis cognita de Christo, & lege tua, vt promissiones misericordiæ per semen benedictum.*

Amentes autem, amantes deliramentorum, & fabullarum sæculi, qui novitatibus, & puncturis in alios in surgunt, & famam, quam meritorum curriculo non firmant, detractionis spiculo, æternam conantur, & Scriptorum, operumque suorum epulas, sapiêtiæ sale non conditas, pipere tamen maledicæ fraudis, imperitis offerunt. Contraria tamen via Auctor noster, vere gloriosam assumit structuram, dum suæ facundiæ tutela talia tantaque mirabilia à detractoribus redimit; ipsum enim declamatissimum toto terrarum orbe, venerari nõ dubito, & sub iaspideis bustis, marmoreisque simulachris, memoriam ipsius figendam; vt tacitus in vita agricolæ; *Non quia intercidendum putem imaginibus, quæ marmore, aut ære finguntur, sed vt vultus hominum ita simulachra vultus, imbecillia, ac mortalia sunt, forma mentis æterna, quam tenere, & exprimere, non per alienam materiam, sed tuit ipse moribus possis.*

Soliditas huius operis, ex Sanctorum Patrum visceribus, ex clarissimorum Doctorum sapientia, ex sacrarum Ecclesiæ traddictionum firmissimo robore, & Theologiæ scholasticæ, sacræ paginæque, tum doctrina, tnm sensibus deprompta inspicitur: Fidei consonat, mores instruit, & ædificat, errores obnubilat, & evertit, fugatque omnes fallatias, & garrulitates, quas, plus Tyrones, quam sapientes amplectuntur. Ita iudico deberi typis tantum opus, dignumque censeo commendatissima sapientiorum expectatione. Gadibus decimò quarto Kalendas Januarij anno Incarnationis Dominicæ millesimò sexcentissimo nonagessimò septimo.

D. Antonius de Roxas & Angulo,
Sac. Theol. Doct. & Canonic. Mag.

LICEN-

LICENCIA DEL ORDINARIO.

EL Lic. D. Lorenço Martinez de Herrera Montero, Abogado de los Reales Consejos, Provisor, y Vicario General desta Ciudad, y Obispado de Cadiz, por el Illmo. y Rmo. Sr. D. Fr. Alonso de Talavera, mi señor, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Obispo de dicho Obispado, del Consejo de su Magestad, &c. Por la presente concedo licencia à Christoval de Requena, Mercader, è Impressor de libros desta Ciudad, para que pueda imprimir vn Opusculo, cuyo titulo es *Defensorium Operis V. Mariæ à Jesu de Agreda*, su Autor el R.P. Fr. Juan Riquelme, del Orden de N.P.S. Francisco, de la Observancia, Lector de Theologia, y Calificador del Santo Oficio, &c. y Conventual en el Convento de dicho Orden, Casa grande de esta Ciudad: y por dicha impression no se incurra en pena alguna, en atencion à que de mi orden ha sido visto, y expurgado dicho Libro, y en èl no se contiene cosa que se oponga à nuestra Santa Fè Catolica, y buenas costumbres: antes si, su lectura serà muy provechosa para la salud espiritual. Dada en la Ciudad de Cadiz à diez y nueve del mes de Octubre de 1697. años.

Lic. Herrera.

Por mandado de su merced.

Gabriel de Molina, Notar. Apostolic.

CEN-

CENSVRA P. A. R. Fr. IOANNIS de Castro, Lect. Iubilat. Ex Secretar. Generali Ordinis, Seraphici; Patris almæ Prov. Bæticæ; Regentis studiorum Collegij. S. Bonavent. & Examinat. Sinodalis Diœcesis Hispalensis.

IVssu Adm. R. P. N. Fr. Francisci de Espinosa Lectoris Jubilati, & huius Almæ Bœticæ Provinciæ Ministri Provincialis, ausus sum munus censoris assumere, & si presens Defensorium primæ partis operum venerabilis Mariæ à Iesu de Agreda, cui titulus est *Mystica Ciudad de Dios*, quam, quorundam D.D. Conciliabulum, vsurpatò sacræ facultatis Parisiensis nomine, acri calamo Parisijs improbavit, nullo indigere censore pro comperto habeam; nam quidquid ab Authore vsque nunc in publicam prodijt lucem, eruditionis studiosis, & attenta mentis indagine sua opera perscrutantibus, vbique tutum, & subtili penu elaboratum visum est: sedula tamen attentione perlegi, & nil fidei disonum, aut Christianis moribus absonum in eo deprehendo, quin potius venusta varietate plenum, sacrorum Canonum auctoritatibus fulcitum, ac SS. DD. testimonijs vallatum, miror, & dignum prælo censeo. In hoc Almo D. Bonaventuræ Hipal. Collegio, die 2. Octobris. Anno Domini 1697.

Fr. Ioanes de Castro.

Censura R. A. P. Fr. Francisci de Ojeda & Vargas, Lect. Jubilati. Ex commissione Superioris.

SVmma cum voluptate sedulò perlegi, accurateque perpendi hoc Manifestum Defensorium, valida Authoris elucubratione excussum. In quo, nedum miror eius solertiam, quasi Apis argumentosæ florida Deiparæ Encomia colligentis, ex Iuris Canonici, Sacræ Scripturæ, Theologiæ, Sanctorumque Patrum viridarijs; verum etiam energiam, ad obtundendum impetum linguarum acuentium in mysticam Dei Civitatem ab ipso Dño miris splendoribus munitam. Profiteor, o-

pus

pus esse concisum, sicut vrgentia exigit; sed adeò refertum Auctoris eruditione mirifica, & varietate multigena, vt meritò in illas abeam admirationes, quas suo symmaco Ausonius ingerebat, dicens: *Quis ita ad fectet singula, vt tu imples omnia?* Et quia in eo nil dissonum N. S. Fidei, probisque moribus invenio (*neque enim fieri poterat* (loquor cum Casiodoro) *vt quem tantus Auctor, Familia tanta produxerat, sententia nostra in eo corrigendum aliquid inveniret*) quinimo elucidationes Marianas reperio, quibus aliàs viri tepidi in Deiparæ devotione abutuntur; illud prælo dignissimum arbitror, vti attestor, Gadib. in S. P. N. Francisci Conventu die 30. Sept. anno Dñi. 1697.

Auson. epist. 17.

Casiod. epist. 22 lib. 9.

Frater Franciscus de Ojeda, & Vargas.

LICENTIA ORDINIS.

FRater Franciscus de Espinosa Lector Iubilatus, Minister Provincialis huius almæ nostræ Provinciæ Bœticæ Regularis Observantiæ Fratrum Minorũ. Dilecto nobis in Christo R. P. Fratri Ioanni Riquelme, Lectori Theologiæ, Qualificatori S. Inquisitionis, Ex Diffinitori, & Patri Provinciæ Canariensis, ac Scriptori publico, in eadem Provincia alumno, salutem in Domino sempiternam. Cum iuxta Apostolicas nostrique Ordinis. Sanctiones; & ex cõmissione nostra, revissum & approbatum sit, à te compossitum Opusculum, seu manifestum, Allegatio pro Libro Venerabilis Mariæ à Iesu de Agreda appellatum. Vi presentium cum salutari obediẽtiæ merito, tibi facultatem elargimur, quatenus servatis servandis, illud typis mandare possis. Vale, & pro nobis ora. Datum in nostro Conventu S. Francisci Gadicensi, die 6. Octob. anno Dñi. 1697.

Fr. Franciscus de Espinosa, Minist. Provincialis.

De mandato suæ A. R. Paternitatis.
Fr. Ildefonsus Gil. Secret. Provinciæ.

Correc-

Correctiones erratuum ex marginis, pagina, & numero.

Pag. 2.* ibi.cap.ipse.
3. n.4. Conc.Cart. 4-11.q.3.
4. 7.Cap.Si iustus. 73.
8. 15.Sap.19.3.
14. 6.Cap.Nemini.
intra tit.ad l.Jul.
15. d.79.C.Si
17. Prov.12.19.
45. 8.Consider.2.n.3.
46. 14.Jos.10.14.
51. Gloss.Rom.8.
53. 1.Gloss.Rom.5.
59. 2--24.n.12.dele hoc.
76. 4.C.12.t.108.
7.de Concept.tract.
88. 5.præscription.to.2.ar.3.
§.respondetur.in fin.
6.2.2.disp.9.dele secutũ.
94. 4 tract.1.

Ex contextus pagina, & linea.
8.l.20.vt quæ deerant.
17. 10.concinnat
18. 25. sed ex illo.
40. vlt. ac canonica.
48. 7. Angeli.
65. 22. summam.

Paucæ sunt leviores, quæ Grãmaticus suplet, & aliæ quæ in ipso prælo correctæ, in paucis exemplaribus apparebunt.

NOTANDA.



RMVS. PATER COMISSARIVS GENERALIS RELIGIONIS SERAPHICÆ VTRIVSQUE ORBIS.



Isis literis V.Rmæ. Minor ego Minorum Fr.Ioannes RichelmePresbyter,& filius vester, in Bœtica, seu Hispalensi Prouincia; gavisus fui , iam quia mei dignatus est memoriam facere , excusam relationem diariam actorum,in comitijs facultatis Theologiæ Parisiensis, super primam,ex ttibus partibus Misticæ Ciuitatis Venerabilis Matris Mariæ à Iesu de Agreda,participando. Iam quia incredulus audieram ipsum ibi librum fuisse damnatum, cum illius scutum,Sorbonam meditabar,sicut misterij originalis puritatis Deiparæ,quod est operis specialis meta, & ipsa facultas iuramento profitetur. Et licet factum sic sonat in censura, oppossitum ex relatione actorum separata resultat, quatenus factiossa, & indigna pasione ducta partialitas, facultatis nomine abutens, & authoritate; nullamque ad tale iudicium habens, vocitans, & increpans, publica violentia, piorum Doctorum contradicentium copiam suffocans, nihil convincitur potuisse valide expedire, vt infra fundare conabor. Sexaginta autem Doctores pro libro suffragantes (seclusis, & exclusis Franciscanis,& alijs, vt pijs relegatis) valide in favorem rei sunt numerandi, qui vtique opinionem constituunt,librum Catholicè intelligentes; quorum ratio ab intrinseco extat; nec violentia potuit corrumpi; nec numero, absque forma, destrui;

nec

nec authoritate vlla, infra Papalem, damnari : & minus doctrinali, quæ opinionem non superat, neque supra rationem consortium supponitur, aut collocatur apræ tiativè. Vnde non est dicendum quod dimidia Sorbona aliam dimidiam damnavit, authoritate, & ratione carens; quæ ambæ in rebus fidei, irrefragabiliter, non numero, sed fundamento debent excellere, vt intrinsecam falsitatem propositionum damnatam, omni Ecclesiæ ostendant. Sed dici debet quod facultas Sorbonæ librum approbavit (quod & fecit, & simul censuram damnavit, vt patebit infra §. 7 & 8.) Ipsa enim vt facultas, agit quod potest; idest quod iure, nam vltra facultatem, non est facultas. Ex Casiodor. epist. 14. *Nam si mensura qualitatis excesserit, vim sui nominis non habebit.* Et in ipso notorio abusu, privilegia, & authoritatē amisit, ex iure. (*) *Privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.* Potuerūt tamen 60 Doctores approbare licitè, non diffiniendo, in quo numero, rite operanti, abundanter salvatur vox facultatis, quicquid cæteri inutiliter egissent. ex 37 regula iuris. *Vtile non debet per inutile vitiari.* Vnde cum debita veneratione ipsi Sacræ facultati, in ipsis consideratæ, qui illam in iustitia, & veritate vetusta custodierunt laudabiliter, de actibus factionis censurantis dicam vestræ Rmæ Paternitati, quicquid mea parvitas attigit, si forte virtus obedientiæ aliquid non indignum influat.

§. 1. Oportet præmittere nullitates facti, & illarum causas, ex defectu passionis, & factionis. Prima ratio est defectus iurisdictionis. Nam licet illam haberet, & ordinariam iudiciariam, non posset cognoscere causam istam, quæ actu pendet à Sede Apost. Iam quia ab ipsa prohibitū expresse in rebus fidei, & revelatis in Concil. Lateran. sub Leon. X. (1) iam ex hac vniversali constitutione iuris. *Postquam Papa aliquam causam ad se revocat, non valet processus postea per minorem iudicem factus, sicut non valeret, si fuisset ab eo legitime appellatum.* Ex Greg. (2) & cum hoc

(*) *Cap. privilegiū. 11 q. 3. Gregor. & idem de eodē ibi. cap. ipsæ, & c. iudicare.*

(1) *Concil. Lat. constit. incip. Supernæ Maiestatis præsidio. vide infra §. 2. n. 10. vt illud invenias.*

(2) *De appellat. C. vt nostrum*

ſit iuriſdictio ſupremæ authoritatis, derogavit Vrban. 8. (3)
(3) ſtricte, ſub pœnis, generaliter omne genus gratiæ, ſeu *Bulla apud Cherub. Iun. 5. ann. 1641.*
privilegij limitantis authoritatem Sedis. Iam denique quia omni iure naturali Diuino, & poſitivo præcautum eſt quod nullus reus, vel cauſa ſub eadem ratione, ſit ſimul in tela iudicij duplicis; licet æqualis ſit iuriſdictio, vt in cauſa miſti foris. Aſt inferior intromiſſus in cauſam iudicante ſupræmo, & ſcienter, ſupræmæ authoritati derogat, & reum violenter præmit, quamvis iuſte, ſuo ſenſu, damnet, quatenus nihil faciendum intendit ſupræmo relinquere; & quia cauſa eſt ſuo iure indemnis, protecta ab omni iudicio, dum in ſupræmo non eſt læſa. Ergo iniuſta, & ideo nulla fuit damnatio, quamvis à iudice eſſet. Ex Concil. (4)
Cartag (4) *Iniuſta Epiſcoporum damnatio irrita eſſe cenſetur*. Et potius ab ijs, qui iudices nequeunt eſſe, neque ad eorum munus tale iudicium ſpectat. Ex regula (5) *Ea quæ fiunt à iudice, ſi ad eius non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt*. Patet violentia, & nullitas, quia ipſe damnans, non valet impedire, quin reus maneat indemnis, cum iure, & ſpe ad honorificum exitum per ſupræmum. *Concil. Cart. 4 n. q. 3. c. irritum. 35.* (5) *in 6. regul. 26.*

§. 2. Secunda ratio eſt exceſſus iniurioſus promulgandi excuſam ſententiam abſolute. Quatenus maius delictum vulgo creditur, quod pœna ſola tacitè divulgatur, & nulla authoritas eſt facultati literariæ, in caſu vllo (niſi forte ſuper ſuis alumnis vltro ſubditis) pronuntiandi cenſuram verbis abſolutis damnando, & ſententiam pronuntiando, ſicut ſtilat authoritas infallibilis in rebus fidei, quia de ipſius iuſtitia non manet dubitatio, neque appellatio. Vt literis excuſis dictum eſt *Sententia DD. deputatorum*; & ſub ipſa ſententia, & cenſura facultatis verbis abſolutis diffiniendi dicitur: *Hæc propoſitio temeraria eſt, falſa, erronea, &c.* & multis propoſitionibus numeratis ordinate, in ambobus decretis: *Hæ omnes propoſitiones temerariæ ſunt, &c.* quæ eſt forma indiffiniendo iuridicè Sacræ Congregationis. Et perficiendo eandem formam, dicitur vtrobi-

 que

que. *Non intendentes alia multa, quæ in dicto libro continentur approbare.* Posset, & decebat dicere reprobare; cum multa in libro sint sanctæ, & Catholicæ doctrinæ. (Ecce in sententia odium excusum, cum toto lecto, nihil in libro approbationis ostenditur capax: quinimo inquit: *Librum damnandum censuit, provt de facto damnavit.*) Sic pronuntiatur, quasi omnia in Ecclesia ab isto iudicio pendeant, & ibi non iudicata, iudicanda extent. Hoc idem valent hæc verba in decretis, authoritate Apostolica emanatis, quod est, non solum derogare illi potestati infallibili, & absolutæ, sed ex tollere in Ecclesia aliud tribunal supremum, & indepedens sicut de facto (abstrahendo ab itentione) sequitur ex dictis, cum non captetur in comitijs, neque spectetur supræmum iudicium. Imo Doctorem Meron, qui Summum Pontificem appellauit, cuius determinationem expectare admonebat (maxime cum agatur de miraculis, & revelationibus, quod est iudicium supra doctrinale, indefiniendo) Non auditum, probrose vexatum, extra Claustrum, & Civitatem relegarunt. Cum circa appellationem sit in iure data hæc providentia *Sacri Canones ante, & post litis contestationem, & in prolatione sententiæ, & post, singulis facultatẽ tribuunt appellandi.* (6) Et pro alio Doctore, qui timuit appellare, sed protestatus fuit, ante Notarium. *Iustus metus excusat adeo, quod non appellans, habetur pro appellante, si fuerit protestatus.* (7) Neque damnat mora. Neque quod appellatio esset extraiudicialiter. *Si ante sententiam, vel postea fuerit appellatum, huiusmodi appellantibus annus indulgetur; aut ex necessaria, & evidenti causa, biennium.. Sacri Canones, etiam extra iudiciũ, passim appellare permittunt.* (8) Neque indemniter repellitur appellatio: *Qui non detulit appellationi interpositæ, ad Papam mittitur, cum literis ordinarij ad Curiam puniendus.* (9) Et audientes admonitionem, quod causa ista de revelationibus debebat ad Papam defferri, vel saltem ad Episcopum, & repugnantes, contra Concilium

(6) *Cap. super eum de appellationib.*

(7) *Et ibi. cap. si ius. 73.*

(8) *Et ibi. C. cum sit. 5.*

(9) *Et ib. C. de priore. 31.*

lium Lateran. egerunt. vbi ſup. citat. in quo Epiſcopo, poſt Papam, cum certis regulis commiſſum eſt tale examen. Ius autem Univerſitatis (vt exceſſus appareat) intra ſuos limites, ad ſummum extenditur in cauſæ fidei examine doctrinali, ad id quod probat ipſa, his verbis, in calce Magiſtri ſententiarum. Vbi aliquibus erroribus ab Epiſcopo Pariſ. damnatis, & alijs ab ipſo cum facultate Theologic. ponit ipſa, *tractatum ſub Apoſtolicæ Petri Sedis, & ſedentis in ea Summi Pontificis correctione.* In prima concluſione tenet quod Sedi Apoſt. pertinet, authoritate ſupræma diffinire. In ſecunda, quod Epiſcopis authoritate inferiori ſubordinata. Tertia concluſio. *Ex prædictis concluſionibus patet quod ad Epiſcopum Pariſienſem, & ad Theologiæ facultatem pertinet aſſertiones hæreticas, aut in fide erroneas, & contra eas aſſerentes Pariſijs condemnare. Quia per ſecundam concluſionem patet quod hoc ad Epiſcopum pertinet diffiniendo iudicialiter: & per tertiam concluſionem patet quod ad facultatem Theologicam pertinet diffiniendo doctrinaliter.* Vnde in cauſa. quæ ibi affertur, dicitur in ſecundo articulo, quod facultas *debuit Domino Epiſcopo Parienſi, tanquam iudici Ordinario, iudicialiter denuntiare.* Et quod de facto. *Nuntiauerunt Eccleſiæ.* Sed videatur an hæc ſit, vel aliqua inter fuit denuntiatio? Sed abſolute ſententia lata; & an ſit doctrinaliter? Qua eruditione fundatur? Non vero oportuit ratione rationem exitare; ſed evadere cenſuræ cenſuram, & infamiam contra opus, & venerandam Matrem, pro ratione exhibere. Ideo quibus forma, & verbis Epiſcopus, imo & Papa, oſtendit Eccleſiæ ſuam iudicialem ſententiam, & à ſe damnatos errores, ipſis met damnavit facultas librum; non denuntiando Eccleſiæ, non locum illi præſtando; non ipſius correctioni, vel iudicio ſe ſubmirtendo, ſed abſolutam iuriſdictionem extra Galliam excercendo; quod neque Epiſcopus extra Diœceſim poſſet. Nam factum huius cauſæ, liber, & Autrix, ſunt in Hiſpania exorta; authoritate ordinaria (iuxta de-

(10) decretum, & regulas dicti Concilij, quæ ad literam invenies iuxta marginẽ(10) & Papali examinata,& etiam Regia, & Consilij supræmi fidei iudicialiter. Ideo Episcopus Paris. non cognovit: neque potuit cognoscere super ista causa; primo quia non erat Diœcesanus, cui propter ius commune pertinet iudicium, sicut iurisdictio super scriptorem; & munus tuendi eius famam laudabilem; aut puniendi eius mendacium: & extraneis iudicibus est prohibitum, ipso iure. *Peregrina iudicia (salva in omnibus Apostolica anthoritate) generali sanctione prohibemus. Quia indignum est, vt ab extraneis iudicentur, qui comprovinciales, & à se electos debent habere iudices.* (11) Secundo quia ex hoc capite, soli Sedi Apost. relinquitur iurisdictio, cui nihil est peregrinum: sicut iudicare iustitias inferiorum. Vnde expleto iudicio regulato per dictum Concilium Lateran. per iudicem ibi assignatum,& literis Apostolicis fundato; quis, vel qua idea, infra Papam, potest præsumere actionem in idipsum? Et cum non posset fœde damnari opus absque obscura nota Scriptoris (sicut de facto, Venerabilis Mater, sic appellata à Sacra Congregntione, in autentico instrumento, propria manu Capitis Ecclesiæ signato, cognitis suis heroicis virtutibus, & miraculis, ante,& post mortem. Ludificata, & spreta ante sententi am patitur, in cuius exordio, *fabulas, nugas, commenta, & errores* dixisset asseritur: *& mulier illa, si non intendit illudere legentibus, ipsa prorsus manifeste illuditur.* Et hoc minus est, si alias hæreticales ignominias de ea coram cætu, & in libellis impresis, quis legat) qua pietate, & conscientia, contra ius denigratur, tiranicè rapta, incognita, cum libro, ad impium iudicium extraneum, quæ à proprio iudice est venerata,& ab Ecclesia honorata? Ad summum rigorem, si liber non placuit. Gallicè mendosè traductus, posset prohiberi lectio, aut distributio, iudicium relinquendo suo iuri,& nihil amplius, quia

(10) *In annotationibus practicis iuris, ex novissimis constitutionib. post septim. decretal. & est secũda, ad d. 8. c. qui contempta, vers. revelatione facta ex decreto.*

(11) 3. *q.* 6. *cap. peregrina. ex Sixt.* 3. *& idẽ Anaclet. cap. seq. ibi.*

nulla facultas iudicandi viget, vbi nulla necessitas (vrget alias regula. *In obscuris minimum est sequendũ*(12) Si verò necessitatem adfuisse præsumatur, superba, & inflata præsumptio detegitur: præsumere scilicet scientia Parisiẽsi caruisse, rem diffiniendam authoritate Apost. & quod anteponeret suum iudicium, neque delegata, neque consulta, & hoc tredecim diebus (vt dicitur in cap. censuræ) quod per tot annos scrutatum, adest revidendum. Sed necessario aliqua necessitas coegit, quæ hanc iniustitiam promit: dum toto hic præscripto, & efficatioribus alijs rationibus (vt notum fuit) monitis, coram congressu, à prijs Doctoribus, & protestatis, potius furia, eos reijciendi, & excludendi, quam temperantia in factiosis oscitantibus crevit. Necessitas ergo fuit istam arripere ansam deprimendi (vt aiebant) nimium fidelium erga Deiparam studium; de cuius primo instanti non erat vnisona vox. Nec de iuramento suo, vel sensu Ecclesiæ, erat aliquibus magnum pondus, dicentibus. Sancta fuit, sed non est nostrum nosse tempora, vel momenta. Nec solventes rationes per latas à Doctoribus Marianis (sic tunc ab illis dictis, & distinctis) fidelium sententijs præcisse vtebantur. Proh dolor! Non clarius decet dictum, quod deterius, licet puplicum, fuit auditum. Videatur in dicta relatione dictum, & tacitum. Est enim præclara Vniversitas, sed indebitè ei per mista aliquorum reformatorum Socinianorum doctrina, satis impugnata, & ibi ad intentum plausibiliter audita eius libertas, absque cauta regula dogmatizandi: quæ nihil nouum amplectitur per miracula, & revelationes. Vnde sequitnr neque illa, neque per illa credere aliquid De talibus extant Augustini hæc in decreto verba: *Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est, & malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur.* Et infra: *Revelatione facta veritatis, cedat cõsuetudo veritati.*(13) Hæc igitur necessitas oritur ex infirma cre-

(12) in 6. Re. 30.

(13) d. 8. c. qui contempta.

credulitate tantæ magnitudinis, & immunitatis SS. Virginis, vt infra ex censuris propositionum clarius patebit. Et quia specialiter in Doctoribus iuramẽto astrictis, est damnabilis, ad infirmitatem carnis transit, & necessitat spiritum ad talia opera carnis. Et quia non concepit innocentiam, *concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Et sic suffragarunt, iuxta suam necessitatem. Vt scriptum est: *Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipsum. A consiliario serva animam tuam. Prius scito quæ sit illius necessitas.* (14) Vnde petimus: *De necessitatibus meis erue me.* Vnde potuit progredi talis cæcus impulsus conculcans in convenientia, rationes, iura, scandala, & suos consortes æquales, quasi hostes vexans, & expellens, absque necessitate rationis, nisi ab alia sine illa? Vtens scientia, & carens scientia. Quos videbat sapiẽs dicens: *Aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ, & quos rogantes proiecerant, hos tamquam fugitivos persequebantur: ducebat enim illos ad hunc finem, digna necessitas; & horum quæ acciderant commemorationem amittebant, vt quæ deerat tormentis, repleret punitio.* (15) Talis necessitas ad punitionem tendebat, & punitio sententiam persequentium sequebatur, & illos. Ratio est Augustini. Quia: *Temerarium iudicium, plerumque nihil nocet ei, de quo temerè iudicatur. Ei autem qui temere iudicat ipsa temeritas necesse est, vt noceat.* (16) Patet igitur nullitas ratione excessus infamatorij.

(14) Eccli. 37. 8.

(15) Sap. 9. 3

(16) Aug. 11 q. 3. c. temerariũ

§. 3. Tertia ratio est ex ipso facto, absque forma, & ordine iudicij, omni lege, & regula, & consuetudine spretis. Nam in principio dicitur: *Sacra facultas, de excerptis propositionibus, deque ipso libro, vt Gallicè traditus est, sic tandem pronuntiavit.* Quid est traditus? Fuit delator provocans? ibi dicitur: *Cum... Doctor, & Syndicus eiusdem facultatis librum obtulisset.* Ipse iudex primus fuit delator. & *Gallicè* tradidit librum iudicandum, Hispanicè scriptũ, neque collatum, neque vt conferretur permissum cum

ori-

originali vernaculo; hoc à multis petito,non concesso, sed ablato ab omnibus bibliopolis; & vnus, cum sint tres libri simul excussi, & debet doctrina, & sensus ex toto opere conferri, cum sint vnius historiæ tres partes. Imo, & cum manuscripto originali, vt mens authoris per alterius defectum non damnetur. Nulla regula examinis adfuit; nec de vita, virtutibus, fama, & morte revelationes accipientis, & miraculis eius viventis, & post mortem, quod totum compertum est, authoritate ordinaria, & Apost. in causa suæ Beatificationis, & Canonizationis. Cum ista sit prima inquisitio in examine revelationum. Ex communi, & inconcussa practica Ecclesiæ: Exercita sic à Cardinali Turrecremata; cui commissum fuit à Sede Apost. examen, super 173. articulos delatos ex revelationibus S. Brigitæ. (1) Dicente pro regula: *Si persona cui revelationes fiant sit approbatæ sanctitatis.* (1) Et etiam ad illud examen assignat alias regulas. (Suppositis doctis approbationibus vnivocis; bono effectu in legente, &c.) *Primo ponetur articulus, prout in codicillo præsentato ab æmulis, & calumniantibus adversus libros revelationum S. Brigitæ, continetur.* (aliter hìc iudex excepit, & præsentavit propositiones.) *Secundo vbi reperitur falsè, aut infideliter extractus, vt in forma stat in libro originali. Tertio declarabitur veritas articuli, aut possibilitas eius, quod tamquā impossibile calumniantibus visum est, aut saltem Sacræ Scripturæ, aut SS. Patrum, approbatæ doctrinæ, non contradicere.* Nihil horum curaverunt, neque vltimum; nolentes invenire possibilem sensum. Quod est evidens. Quia si nullum sensum sanum ad esset, qua via tot Doctores oppositi contradicerent? Insuper invenirent si vellent in prologo, & notis ipsius libri, & in posteriori libello, super alias calumnias, *Satisfacion por la Religion,* sensum sanum, Scripturæ, & Patribus consonum, propositionum quas damnarunt. Hoc est si pijs oculis legerent, vt etiam petunt ipsa scriptura, & Patres legi. Vt ille inquit: *Patet inspicienti sanis oculis, libros*

(1) *Turrecr. in prol. operum S. Brig. c. 5.*

Ipse ibi.

Ipse ibi c. 3.

bros suos, & ea puritate legenti, qua cæteræ Scripturæ Sanctæ, sivè Canonicæ, sivè Doctorum legi debent. Ast nolentes, non invenirent. Vt inquit quidam scoliator. *Credere nolenti nunquam, vel ipse Deus satisfacit... pertinatiæ nullum remedium posuit Deus.* (2) Non solum autem hunc cõmunem, & inexcusabilem ordinem sunt transgreßi, sed & municipalem; & formalem ad iudicium. Illum, quia quatuor deputatis fuit commissum examen, cum sexdecim, ex consuetudine deputentur, vt non sit facilis paßionalis colligatio. Istum. Quia Religio Franciscana fuit exclusa absque iure, vel delicto: sed contra ius. Quatenus in Vniversitate non habent vlli authoritatem excludendi, aut suffragrandi, plusquam alij. Neque in aliquo congressu Canonico adest ratio excludendi, sed convocandi indiferenter, nisi ex iure, aut privilegio, in casu electionis, vel simili; & potius in congressu rationis, vbi nullius ratio supponitur minor, vel inutilis; potest verò vna convincere; & licet potest votum, vt suspectum recusari, hoc erit in materia iudiciali; quæ non pertinet facultati; non verò in doctrinali. Ius insuper recusandi non est iudicum, sed partium. Coniudices non se recusant. At in causa ista qua doctrinali, & qua fidei, est magis iniusta, & iniuriosa exclusio; quæ est tacita, seu virtualis recusatio; nam vbi quæritur ratio, & veritas, non solum consortis, sed inimici habet locum: & intensius illam scrutatur, qui præsumitur pars; ideo parte inaudita, nullum fuit iudicium. Sed suspicio, & formalitas partis, in Religiosso, cessat circa rem fidei: qui prius est pars Ecclesiæ, quam Religionis. Nec valet dicere, quod Patres Dominicani fuerunt etiam pro æquitate exclusi; quia vna violentia non sanatur alia. Et quia fuit potestativè, cũ vocaretur vnus ex eadẽ Religione, & ex illa nullus: Item, quia finis non fuit æquitas, quoniam alij fuerunt paßi exclusionem, quia partem piam monebant, & nullus quia contrarium vocitabant. Ergo totum est factiossum, & violentum ius eligendi suffragantes, &

(2) *Apud P. Francis. à S. Clara in systemate fidei. c. 21*

& eijciendi; & illud constituit facto, ac sibi præripuit qui strepitu potuit, ac nomẽ, & vox facultatis; caput autẽ factionis numerum auxit, qui impar erat, quæsitis Doctoribus extra Vrbem, non paucis, ei parituris; publicè tamen fatentibus, se nunquam librum illum legisse. Alij verò blandientes, suffragia sua compromisserunt. Qui autem, & quot; quid etiam, & qualiter, istud, vel illud censerunt, cœtui non fuit notum; multis petentibus nomina, & sententias singulorum legi; putantes non potuisse factionem, tota sua arte, numero superare: scientesque, quod diuersè, & non per omnia vnivoce, ipsi factiosi inter se convenerunt; videntibus insuper computum votorum, clam, & momentaneum manufactum transijsse. Sed nullis ratione, vel responso redditis; neque venia, vel vltimo placet obtento, subita, & muta confusione, solutus fuit consessus. Totum dictum est violentum, invisum, & informe iudicium: & ideo nullum: *Item sententia citra solitum ordinem iudiciorum, à Preside prolata, authoritatem rei iudicatæ non obtinet.* (3) Item: sententiam Imperialem contra Robertum Regem Siciliæ, vt in crimine læsæ Maiestatis latam, Papa declaravit nullam. Vbi glossa nullitatis notas extraxit istas: *Quod iudex non debet sententiam præcipitare, & maxime in crimine gravi, sed plene debet omnia rimari, & inquirere: Quod iudex non potest aliquem citare extra territorium, etiam verbaliter...* Quod, *consti ita iniquitate iudicis inferioris, nullo petente, superior revocat acta.* (4) Et in casu notorio, explicat. *Notorium (idest manifestum) iuris.* Est. *Quoquis canonicè est damnatus. Facti. Cuius testis est populus.* In quo: *Non est ordo iuris,* nec appellatio. Casus autem præsens omnia hæc contra iudices claudit. & notorietatem iuris, & facti.

(3) *2. q. 6. c. ei qui. §. Item sententia*

(4) *Tit. de sentẽtia, & re iudicata. in 6. Clem. lib. 2. c. 2. Pastoralis.*

§. 4. Quarta, & vltima ratio, est ex iure Divino. Nam factum ita nullum est, quod includit, seu atringit crimen læsæ maiestatis Pontificiæ, & Diuinæ. Ratio est quoniam arcana, & altior res est in Ecclesia iudicium cer-

tum de personis famossæ virtutis, & veris miraculis, & rebus occultis privatis, obiective supernaturalibus, quorum possibilitati non obviat intrinseca implicatio:& an sint verè inspirationes, aut revelationes; An etiam Deus posset eas, aut vellet facere, vel dicere; vel non: aut quod non fecit,& dixit, non solum dubium, aut incertum declarare; sive congruum, aut credibile reputare; sed absolute certum diffinire; & non per modum prohibitionis legendi, aut loquendi de tali re; neque intra terminos talis iurisdictionis; sed motu proprio, ac supposita (vt res petit) plenitudine scientiæ, affirmare,& decernere, rei ignotæ (aliàs à magnis Doctoribus, ac proprijs iudicibus credibiliter approbatæ) intrinsecam falsitatem; quæ, instrumento publico, in tota Ecclesia (cuius caput circa hoc iudicium actu detinetur) sit nota,& damnata; nulla attenta in pronuntiatione superioritate; nulla in forma denuntiatione, nulloque relicto recursu. Nam definire veritatem ignotam, certam in fide, solius est authoritatis infallibilis, & ideo Diuinæ; sed idem est definire falsitatem ignotam, certam in fide (impossibile enim est diffinibilem, esse scientia humana, seu fallibili, vt certam, quæ multis doctis est dubia, multis credibilis, & à pluribus credita) ergo eandem authoritatem compræhensivam, & infallibilem exigit. Ratio minoris patet. Nam tot veritates contradictoriæ definiuntur implicitè de fide, licet de fide non essent quot falsitates explicitè: v.g. Conceptus Sanctæ Anæ, & partus fuit mundus: Definitur, quod falsum est. Ergo non mundus desinitur: quod definitum non erat. Ergo definitio absoluta veritatis, vel falsitatis intrinsecæ, rei ignotæ, eandem scientiam, & authoritatem exigit. Igitur tale iudicium, ita circunstantionatum, & peractum est altiores Ecclesiæ, quia sola posset illud definiendo determinare, quæ non potest errare. Vt eius caput inquit *Ad Romanam referatur Ecclesiam, quoties ratio fidei ventilatur.* (1) Et alibi. *Quæ per Dei Omnipotentis gratiam à tramite Apos-*

infra ar. 11.

(1) 24. *q.* 1. *c. quoties: ibi. c. à recta.*

postolicæ traditionis nunquam errare probatur. Innocent. & Lucius PP. Ideo, quamvis, vt dictum est sup. commissum est Diœcesanis Episc. hoc iudicium revelationum à Papa, in Concilio, non est absolute, nec permittitur ibi: revelationes publicare, *absque licentia Romani Pontificis, quod si vrgens aliqua necessitas, aliud forte aliquando suaderet, tunc Ordinarij munus erit, cum consilio peritorum, atque sapientum, rem totam diligenter examinare.* Hæc ibi. In casu necessitatis vrgentis, non solam revelationem, sed *rem totam* permittitur examinare; non sapientes sine Episcopo, sed isti, cum illis. Et non ideo definire. Quod Papæ reservatur, cum difinitiva sententia, vt docet practica; absque vlla exceptione. Quæ reserva docet altiorem authoritatem Episcopali petere definitionem revelationum. Nam ex Gregorio. *Grave satis est, & indecens, vt in re dubia certa detur sentẽtia.* (3) Illam nempe authoritatem quam tuetur Diuina Spiritus Sancti, licet aliquando Coniudices forte imperfecti intersint: quia cum capite operantes vtuntur suo iure, & Diuino; à Deo concesso illi, cui soli data est regula certa metiendi veritates Diuinas, vel supernaturales. Ideo Hieronymus illi submisit quas scripsit. Inquiens: *Hæc est fides Papa Beatissime... qui Petri, & Fidem, & Sedem tenes.* Et Ambros. *Solus Petrus accepit mandatum, vt hamo piscem caperet.* (4) Et adhuc non omnes veritates dubias, aut ignotas, & semper, attingit ipsa sedes, dum ad definire ex Cathedra non procedit, & oppinare permittit. Ausi tamen sunt Doctores Theologi, nulla vrgentia, vel necessitate eorum, vel Ecclesiæ, moti; contra omne ius potius, iudicium huiusmodi aggredi, & dato incessu, esset coloratus, si ex mente syncera, & impetu zeli appareret, confisi in Dei pietate, quod eos, ad honorem suum, vel Matris eius, nil aliud respicientes, illuminaret, Sancti Spiritus luce, vt illi Dominæ non tollerent, quod forte filius dedit. Ast. *Post solemne Sacrum de Spiritu Sancto* (vt inquit censura) iudicium incipiunt; cum captiossa,

(2) *§. 2. n. 10. super vers. revelatio-ne facta.*

(3) 11. *q.* 3. *cap. grave.* 74.

(4) 24. *q.* 1. *c. hæc est.* 14. *ibi. c. Est aliud.* 8.

&

& factiosa malitia, notorio, & violento scandalo, & strepitu, rapto Sacræ facultatis nomine, quod est piorum Doctorum, tale iudicium contradicentium; & authoritate, ab Ecclesia concessa, ad sibi vtilia, contra illius authoritatem abutētes; iudicioque ante ipsam pendenti, sibique prohibito, non attento: Suprema illius forma resolventes, processerunt. Cuius progressus vocitatus, & publicus in Vrbe, in Regno, & etiam in tota Ecclesia, tegi non potest: Neque peccatum elationis, & inobedientiæ; quod si hoc minime nesciunt, quare Spiritus Sancti auxilium invocaverunt, cuius incompatibilis erat assistentia? Numquid hic congressus fuit, velut Saxonica, Belgica, aut Augustana confessio; qui ab obedientia Ecclesiæ remoti, Sancti Spiritus invocata gratia fisi, veritates, & falsitates sibi ignotas circa fidem definiunt? Et quicquid Ecclesia Romana de his sentiat, neque curant, neque spectant; & authoritate, & scientia Dei, & Christi Vicarij sibi arrogant? Non ita fuit. Nam illi sunt perduelles, seu hostes Catholicæ reipublicæ; ideo non sunt quibus crimen læsæ Maiestatis potest convenire; sensibilius est ipsorum similitudo in actibus domesticorum; vt in dict. gloss. sup. dicitur: *Quod non subditus, crimen læsæ Maiestatis non committit.* (5) Cuius criminis species distinguuntur ibi. Sed de facultate, sic nominata, potest argui in sua sententia, & censura, crimen læsæ Maiestatis, non solum humanæ, sed etiam Diuinæ: hoc est, contra authoritatem Papalem, Diuinam supponentem. Infertur clare ex hac iuris specie: *Nemini, præterquam, de crimine læsæ maiestatis, de se confesso, credi potest super crimen alienum.* (6) v.g. Arcadius Imperator, inquit. Siquis de nece (de se non loquitur) Senatoris, aut militis sui, cogitaverit: *Eadem enim severitate, voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt, ipse quidē, vtpote Maiestatis reus, gladio feriatur... Siquis ex his initam prodiderit factionem, præmio donabitur.* Vbi gloss. *Nota. Quod punitur hic sola voluntas.* Sed in dicto c. Nemi-

(5) §. 3. *n.* 4.

(6) 15. *q.* 3. *cap. Nemine.*

6. *q.* 1. *c. quæro §. siquis. ex Codice. tit. ad Iuliam. l.* 5.

mini arguit gloss. verbis his Papæ Simmachi. Si Clericus, *Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu acommodare; aut & promittere tentaverit.* Pœna asignatur. Et si pertulerit notitiam particeps actionis, remuneratur. Quod crimen est simoniæ : ergo creditur reus socius, etiam pro simonia: quod est contra dictum. c. Nemini. arguit dicta gloss. & solvit sic. Creditur ibi socius contra socium, *quia non fuit ibi tantum crimen simoniæ, sed etiam crimen læsæ maiestatis.* Hæc est species. Sed ad rem, quæritur modo. Quomodo dicitur crimen læsæ Maiestatis, cum Papa, & Imperator sint incolumes in vtroque textu? Ex substantia literæ emanat solutio. Cum ipsa non de persona, sed de sola maiestate loquatur, non est ibi formaliter crimen læsæ humanitatis, sed læsæ maiestatis. Authoritas ergo læsa est: ideo maiestas. Quod si Papæ, & Spiritus S. læsa est authoritas, crimen læsæ maiestatis humanæ, & Diuinæ erit. d. 79. c. Siquis Papa.

Ast non ideo iudicetur quod Spiritus S. non adfuit. Adfuit quidem, vt in alijs contradictionibus præcedentibus contra idem opus; ita vt nulla ratio sit apposita ; quæ secum non detegat malitiam. Sic modo dispossuit quod aperte cognoscibile maneret, & impressum ; non ipsum, sed alium spiritum in comitijs his influxisse. *Electi sunt* inquiunt, *quatuor ex Magistris eiusdem Ordinis , qui vna cum DD. Decano, & Syndico diligenter legerent, & examinarent librum, &c.* Qui post duos menses *exhibuerunt propositiones ex prædicto libro excerptas , quas censura notandas existimarunt; quibus auditis, & dato omnibus , & singulis Magistris illarum propositionum, cum eorum notis indiculo, asignata sunt comitia generalia, &c.* Liber autem nuncupatur ibi! *La Mistique Citè de Dieu.* Vbi constat, non solum (vt DD. piorum reffert relatio) quod librum vnum ex tribus, tantum viderunt , quia solus est Gallicè traductus, sed neque ipsum tradiderunt Magistris, sed tantum propositiones per deputatos excerptas, cum ipsorum

notis,

notis, seu sententijs. *Ac triginta duabus Congregationibus habitis in quibus centum quinquaginta duo Magistri dixerunt...Sacra facultas, conclusione lata, librum de facto damnarunt.* Quis non speraret magnam mutationem, vel novitatem ortam, post Deputationis exhibitam sententiam, vel citra, vel vltra ipsam, ex tanto numero Congregatiouum, & Doctorum; sexaginta illorum contradicentibus? (vt voluit coram eis fateri D. Syndicus) Legantur ergo totæ sententia, & censura, Deputationis, & facultatis, & non invenientur in substantia differre. Censurarum verba qualificantia, eadem sunt, & non paucæ ad literam translatæ integræ ex deputatiovis sententia; sicut vltima quæ claudit vtrobique 36. propositiones, aliquibus à deputatis non excerptis, & eorum sententia transcripta in censura damnatis. Aliaque censura in articulo quinto, quinque compræhendens per numeros absque literis, quæ solum per folia non possunt inveniri, translata, & damnata est, in fide Deputationis. Et pœne sic omnes : alicubi tamen verbaliter extensiores; paucis, & levibus omissis, ex sententia, in censura. Quid ergo tot comitia literaria fecerunt? Nihil vtile, vel rationale sexaginta Doctores opposuerunt? Nihil omnes supra, vel infra propositiones, quas excerptas à Deputatis acceperunt, scrutarunt? Dominus Syndicus obtulit librum. Ipse cum quatuor Deputatis sentétiam tulit. Ipsa senrentia fuit omnium. Ergo ipse gubernavit mentes Deputationis, & Congressus: exclusit, auxit, numerauit ad nutum, & evulgavit suffragia. Ipsius ergo spiritus adfuit. Qualis sit, dicat effectus. Vnum scimus. Quod *vbi spiritus ibi libertas*. Hic vero adfuit, vt veritas non maneret occulta, sed magis eluceret. Nam, *talis est veritatis status, vt etiam multis impugnantibus, suscitetur & crescat.* (7) Et vt Ven. Mater Ludificata, & spreta ibi, agnoscatur simul apud Deum honorata. Vt August. prædixit. (8) *Cæpisti habere fratrem tuum tamquam publicanum, ligas illum in terra, sed vt iustè alliges, vide. Nam ni-*

(7) *Chrisost. de laud. Pauli. serm.* 7.

(8) *Aug.* 11 *q.* 3. *cap. Cæpisti.* 48.

iniusta vincula, disrumpit iustitia. Item: *Iniuste aliquem anatematizans, sibi, non alijs nocet.* Item. *Præmium meretur, qui iniuste maledicitur.* Idem ibi c. illud plane 87 Idem ibi cap. qui iustus. 90.

§. 5. Ex quibus nullitas facti, notorietate plenariè probata; quicquid sit de iudicio facultatis, accidit. Cui nulla fides debetur, cum scientia humana, bonam fidem, mala fide, non possidet. Imo in igne suo sepelire non potest, quin inde phœnix veritas evolet. Ex Sapiente: (1) *Labium veritatis firmum erit in perpetuum, qui autem testis est repentinus, concinat linguam mendacij.* Vnde Boetius. Parvi pendit decretum, meritum rei non potens mutare: *Si semper mentiens imprudentia, rerum merita non potest mutare, nec mihi Socratico decreto, fas esse arbitror, vel occuluisse veritates, vel concessisse mendaciū.* (2) Vnde omissa quidditate iudicij, excitato super hoc supremo, refragari iure debet, & puniri. Quod de formali facultate, vt dictum est non sequitur, quæ facultas verificatur. Et quæ librum approbavit, & censuram reprobavit: in qua etiam facultas re, & nomine salvatur. Non enim supponitur absque facultate facultas. Neque omittendum est, vt in facto cæcitas vissibilis eveletur, quod cum Senatus fidei Hispanicus, titulo supremi fungens, à Sede Apostolica constitutus, sit iudex ordinarius, ex natura rei huius causæ, quasi ocularis testis vitæ, virtutis, mortis, & miraculorum Matris de Agreda, vna cum suo Episcopo Diœcesano, addita in examine authoritate Papali; & cognitis evidenter libris, eius propria manu scriptis: magnaque veneratione, & devotione admissis; cum in Curia Romana fuissent primo interdicti; etiam, deposita sua inclinatione; & sua ratione suspensa, eos interdixit; & ipsa denuo, annuente Sede, distribui actu permisit; in quo, debitam illi obedientiam ostendit; Ast ipsa Sorbonæ factio, absque iurisdictione, vel iudiciario munere, aut vlla cognitione Scriptoris quæsita, vel admissa, sed spreta; hoc exemplar non fuit verita: Neque saltem suæ æstimationis periculum, sua scientia

(1) Prov. 17 19.

(2) Boet. l. 1 de philosoph. cōsol.

attigit: dicens sibi. Dum iudicium pendet actu à Sacra Congregatione, & eo duranti, causa ab intrinsecō ab illa protecta, sit indemnis, quid nocebit nostra nulla sententia, non data supra? Si autem supra liber, liber sit, censura nostra, censura nostri erit. Dimissa denique ista, supræmæ, scrutemur, exercitij gratia, qua fideli ratione sententia fuit pronuntiata. Quatenus ratio est tota authoritas facultatis Theologiæ doctrinalis: aliàs nunquam vlla, si nulla ratio,
(3) ex Augustino: *Fiatque ipsa veritas authoritas, sine qua nulla est, nec valet authoritas*. Et de ratione inquit, quod vbi Diuina Scriptura nihil commemorat, *ibi quærendum est ratione, quid conveniat veritati, fiatque ipsa veritas, &c.* sup. (3) quod si ratione quæritur veritas ignota, facilius ea nota, patet ratio: & ratione authoritas.

Aug. ser. de Assūption.

§. 6. Plures in capite consitetur facultas Virginis Matris excelentias (vtinam his vocibus confunderentur, quæ impunes audiebantur in comitijs, & aliæ dicentium: quotis viginti quinque annis, ad nutum clavi regentis, novam doctrinam exurgere in Sorbona) & postea inquit. *Verum cum SS. Virgo falso non egeat honore, vt docet S. Bernardus Epist. 174. ad Canonic. Lugdun. &c.* Hoc est primum, & vnicum fundamentum, & motivum huius congressus, & cuiusvis ab illo damnatæ revelationis: eo quod sit falsus honor, aut cultus, seu privilegium SS. Virginis. Et est infallibile; sed ex illa, certa mensura, indefiniendo, nulli facultati, nisi infallibili, pertinet: quæ sola certa sciētia definit, desuper obtenta. Ideo sola potest attingere, inter honores, qualis sit falsus, respectu Christi, & eius matris, & cum falsus sit improprius, & indebitus, summa attingentia erit scire, quod suppositum non fallit; & quod honor, cum sit, improprius eorum cuivis sit. Alia quælibet humana facultas, solum opinandi capax, dum talem honorem credere, errorem certum declarat, errori exponitur, maiori tollendo, quam concedendo. Vt elegit Varro Magister Scoti de puritate originali SS. Virginis lo-

quens:

quens: *Hoc volo tenere, quia potius volo in laudando deficere, quam in vituperando errare.* (1) Sed cum hæc electio pia sit, nec deficiendi periculum supponit Hieronymus: *Pium est autem, attribuere Matri, quicquid potest, salva fide, & magis pium excedere, quam deficere.* (2) Errori inquam exponitur, ex his sententijs, quatenus verum intrinsece nescit, & formidinem necessario patitur: & sic potens tacere, voluntario tamen iudicio, honorem tollens, est temeritas, quam damnat S. Thom. scilicet: *Super ignotum scienter contradicere.* (3) aliter ait: *Si ex simplicitate deficiant, non eis imputatur.* (4) Forte dices, quod facultas, indemniter iudicat, quia habet authoritatem. Vt ipsa probat. sup. §. 2. ad quod ibi satis dictum est: & si de hoc iudicio sit illa authoritas. Ast modo omittitur. Quia quod habeat authoritatem non errandi, non probat, neque probabit. Vnde nec habet authoritatem asserendi, quod in sua sententia, super ignotum, Deo posibile, & ab Ecclesia non determinatum, non erravit. Patet ex suo fundamento. Qualem dicit S. Bernardus honorem falsum, circa SS. Uirginem? Ipse inquit ibi: *Vnde ergo huius Conceptionis Sanctitas?* Honorem puritatis originalis supponit ita falsum, quod adhuc revelatum, fictitiam revelationem credit. dicēs in eadem epistola: *Sed profertur, vt aiunt scriptum supernæ revelationis, quasi & quis non queat scriptum æque producere, in quo Virgo videatur idipsum mandare.* Et hoc fuit in sæculo duodecimo; cum revelationes, quæ tunc vigebant: non vulgo, sed à SS. Ildephonso in sæculo septimo, & Anselmo in vndecimo, creditæ fuisset, & admissæ multis munitæ miraculis. Et non magno, neque securo fundamento (vt iudicat Episcopus Cucharus) ipse Sanctus spreuit revelationem, vt festum Conceptionis contradiceret, dicens ibi: *Inter amplexus maritales sanctitas? Quomodo namque absque spiritu sanctificante? Aut societas Spiritui S. cum peccato fuit? Aut quomodo peccatum non fuit, vbi libido fuit?* Hoc fundamento non credidit revelatio-

(1) Guilliel. Varro. in 3. suo lib. d. 3.
(2) S. Hier. in homil apud Episc Cuchar. in monum. Seraph. f. 793.
(3) Opusc. 71 c. 6.
(4) Idē 2. 2. q. 1. art. 6.

nes. Dicente S. Anselmo: *Sequimur in hoc Diuinum iussum, & revelationem, & nominis à Deo revelati expressionem.: Nam multis revelationibus dies præfixus est à Deo, sexto Idus Decembris, & quod fiat Officium Nativitatis, mutato nomine Natiuitatis in nomine Conceptionis.* (5) Vnde contra fundamentum S. Bernardi, inquit Doctor ille: *Copulari matrimonio, cum se miscent, non perdunt gratiam, & charitatem, si habent, maxime ad prolem generandam, ad cultum Dei... & causa redendi debitum, nullum in actu matrimoniali est peccatum, quia est actus iustitiæ.* Et ibi. sub titulo finis responsionis ait: *Verba Bernardi, quamvis bono zelo prolata, tamen non bene sonant.* Eo quod neget puritatem conceptionis Virginis, supponens præcissum peccatum in coniugio paterno. Quia dicit ibi: *Non fuit Virgo ante Conceptionem sanctificata, quia non erat; nec in ipso conceptu, propter peccatum, quod in erat.* Et contra allegat Episcopus S. Augustinum de bono coniugali. c. 26. *Sicut sancti cum delectatione suscipiunt alimentum, quia necessarium est, vt in carne maneant; sic misceri fœminis iure nuptiarum officiossum est viris sanctis; non libidinosum; quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis; & vtrumque non est absque delectatione: quæ tamen modificata, temperantia refrenantis, libido esse non potest. Hæc Aug.* & prosequitur Doctor: *Vnde non solum non est ibi peccatum, imo est ibi meritum. Et quandoque ei non præfertur sancta, & perfecta Virginitas. Vnde Augustinus, vbi supra dicit, quod cælibatus Ioannis Baptistæ non præfertur coniugio Abrahæ.* Consonat ibi S. Damascenus, & S. Anselmus, aiens. *Erubescant omnes insensati, qui tantam diem, tantaque misteria, ac Sacramenta, tenebris ignorantiæ obcæcati, respuunt cælebrare, eo quod viri, & mulieris copulatio, in Conceptione Virginis extitit.* (6)

(5) *S. Ans. contra proterviventes. apud Cucharum.*

(6) *Episcop. Cuchar. in suo Elucidar. pars 3. sub titulo solutionis. §. tertia ratio.*

Adest hoc opus in Monumenta antiq. Seraph. in folio.

Hoc de fundamento, quo S. Bernardus neque honorem puritatis SS. Virginis tribuit, neque revelationes de illa cre-

credidit, & quia hoc ipso fundamento ipsius Sancti, de falso honore, nititur censura, vt revelationes libri, falsas credat, & damnet. Venit ad rem, quod ille Episcopus, de hoc misterio agens, contra se arguit: *Solet per nos allegari. Vniversitas Parisiensis determinavit, quod Virgo non fuit in originali peccato concepta. Respondet adversarius, quod Vniversitas Parisiensis, tempore quo Doctoribus clarissimis florebat, determinavit hæreticum fore tenere, Virginem non fuisse conceptam in peccato originali. Vt dicit D. Albert. Magn. in 3. sent. & Gulielmus Antisiodorensis in 3. lib. summæ suæ, & Joannes de Poliaco in quodlib. 3. Respondetur.... Vniversitas illa, habita notitia, & revelatione huiusmodi Conceptionis, vt sup. dictum est. Determinavit quod non fuit in peccato concepta Virgo ipsa Maria. Ne resistere videretur iussui Diuino, qui transcendit omnem legem.* (7) Hæc ille. Fuit autem Antisiodorus in primitijs Theologiæ Scholasticæ, & quasi Coævus S. Bernardi: & supponitur, Vniversitatem tunc de hac materia agentem, omnem notitiam attigisse, quæ in illo tempore quæstioni concernebat: & consequenter, quod in primo decreto revelationes spreuit, quas in secundo admisit; vt dicit hic Doctor. Nam ipsæ moverunt vt consilium mutaret: & hæreticum decreuerat, quod securum vouit! & quod ante falsum, iam verum honorem SS. Virginis credit. Quare ergo ad mensurandum ipsum honorem, assumpsit denuo ipsam Regulam S. Bernardi, qua, licet recta, non potuit, experientia docente, ipsa facultas, vel ipse Sanctus (qui etiam sententiam mutavit, circa misterium, vt infra dicetur) recte vti? Nec poterit Doctor vllus scientifice: est enim negativa, & taxativa segregans à Matre Dei honorem falsum. Qualis sit falsus? Certa est responsio. Quem filius potuit dare, & non dedit (vt Bernardus aiebat. Nam supponens, vt Catholicus, quod puritas originalis est honor, quem filius potuit dare; falsum tamen actu, quia non dedit, dixit) qualem vero non dedit, cum sit honor, quæ scientia capit?

(7) *Idem ibi sub titulo finis responsionis. §. solet: vide super hoc Ludov. Carvajalus infra §. 24. n. 12.*

S. Bern. inf. §. 31 n. 2.

Quæ

Quæ ſcriptura docet? Quæ fides aſignat? Quæ ratio attingit? Legatur *prologus iſtius libri, à n.23. ad.38.* incluſive; & manifeſtum, cuius titulus: *Satisfacion por la Religion. n. 198. reparo* 15. Vt præſumptio temeraria taxandi honores Virginis temperetur. Securiorem, & facile practicabilem nobis tradit regulam S. Hieronymus, aiens: *Vt verum fatear, quicquid humanis dici poteſt verbis, minus eſt à laude eius, quæ Diuinis, & Angelicis eſt excellentius prædicata,*
(8) *& laudata præconijs.*(8) (Ex cuius verbis,& illis eiuſdem ſup.§.4.n. 4. de fide, & ſede Petri, patet quod hic Doctor non adfuit in comitijs Sorbonæ. die 1. Octob.an. 1696. & diebus 22. Ianuarij,& 14. Aprilis.an.1662. de ordine Parlamenti iniunctis. ſuper qq. de authoritate Papæ)

Apud eundem Epiſc. p. 2. § item Hoſtienſis.

Neque S. Epiphanius citatus in capite cenſuræ, abſque ſuis verbis, potuit conſentire ad propoſitum. Qui hoc modo aſsignatur: *Par, & idem ex ambabus hæreſibus, detrimẽtum accidere. Cum alij Sacroſanctæ Virginis dignitatem elevent, alij præter modum, & rationem attollant* (duas hæreſes contrarias intellige, per elevent, & atollant) *& vix alios authores, & Patronos habere, quam mulieres, ſcilicet, qui Virginis dignitatem præter modum attollunt.* Sanctus ipſe in quarto ſæculo floruit, & non potuit loqui ad rem, quia nulla hæreſis tunc tribuitur mulieribus; cum neque vllæ ſcripſere ſtylo prophetico. Et quamvis nunquam defuerunt aliquæ, quibus datum fuit docere hominibus, & donum prophetiæ, ab initio Eccleſiæ, vt latè dicitur in prologo huius libri. §. 14. à n. 104. plures tamen in his ſæculis, quibus de dignitate Virginis, magna ſunt revelata; iuſtæ, & ſanctæ mulieres, iuxta Joelis prophetiam: vt Brigitæ, Ildegardæ, Thereſiæ, Catharinæ, Angelæ, Rochaberti, ac aliæ: ſed paucæ ſemper reſpectu Patronorum virorum plurimorum, qui ſcripſerunt, præter modum illum, quem volunt ponere cenſores in Diuinis revelationibus, & laudibus Virginis. Nam ex ipſius Patroni Epiphanij, non tantum modo, ſed ſubſtantia intenſa, poſſunt in-

inferri, & extendi maiores laudes illius dignitatis, quam ante, & post omnes fœminæ virgini exhibuerunt. Vt patet si ponderentur eius libri, vel saltem lectiones die 13. Sept. (sed infra aptiori loco ostendetur, Sanctum contra suam expressam intentionem, & literam, hic fuisse citatum.) Insuper, qui honor potest tribui dignitati Matris Dei præter modum? Cuius dignitatem S. Thomas fatetur quandam *infinitam*: & S. Bernardinus, & Euthimius inquiens: *Nemo miretur intuens ad nouum, & ineffabile, quod in ea peractum est misterium, ab omni infinitate, infinities infinitè exceptum.* Et inde infertur; quia in circumscriptum circumscripsit; & in compræhensum compræhendit. Vt aiunt Patres alij. Et omissis sapienti distinctionibus infiniti, eo sensu quo sit creaturæ compossibile, idẽtificat sibi omne composibile sibi: nam talis perfectio, & gratia, semel concessa, quovis sensu infinita, non est intelligibilis sine alia composibili sibi; quia composibilis, est congrua, qua non data, daretur carentia; & esset imperfecta; & ideo infinita non infinita in suo gradu. Quod si infinitas in Deo est modus, & eo ordine quo sunt in Deo participantur eius perfectiones, quomodo invenitur aliquis honor, vt falsus damnatus, eo quod sit *præter modum*, qui modus infinitus arguitur? Hoc modo suam sapientiam osendit Sorbona censurans, incipiens confitendo Dei Matrem, omni creatura superiorem: immunem ab omni peccato; semper Virginem; in corpore assumptam. Advocatam, Mediatricem, summa gratia fungentem; quæ id dictum de infinitate arguunt. Et tamen damnat minima illius respectivè privilegia; quæ ex his, quæ profitetur sunt educibilia (& quia revelata, sunt sibi falsa) *Plus semper in se continet, quod est minus.* Et. *Accesorium naturam sequi congruit principalis.* Vnde omnia hic damnata, intullerunt, & prædixerunt explicite, vel implicite multi Patres, & Doctores, ratione, & scriptura fundati: & cum vtraque, dignitate Maternitatis inniti. Quem honorem non capit,

(9) *S. Thom infra ad literam.* § 17. n. 3.

(10) *Euthim. serm. de zona Virgin. Andr. Cretens. ser. de dormitione Deiparæ.*

(11) *in 6. regul. 36.*

(12) *ibi. regul 43.*

quæ

quæ Deum cepit? Ipsa est Maria *gratia plena* indistinctè, quia plena est Maria, & gratia. Patet gratia in censuris nó summa, nec plena; quia illi negantur multæ; patet in capite censuræ plena, quia conceditur summa: idem de honore, quia honor à Deo est, & gratia eius. In capite summus & ideo prætermodum, vel limitem: in censura non summus, sed cum modo vltro posito, à facultate modificandi, quod Deus præter modum ostendit. Et vt hoc coloretur, toti Euangelio imponitur in censura indebitus, & falsus sensus (de quo infra) vt sacra litera probetur, ipsam modum ponere honori Deiparæ; quem ponere, esset consequenter honori Filij. Ex regula magni Expositoris Scripturæ: *Nil dubium, quin totum ad honorem Christi pertineat, quicquid digne, ic laudabiliter Genitrici suæ fuerit impensum, ac solemniter exhibitum.* (13) Sequitur censuræ tenor (præmissis propositionibus censuratis, vt in originali Hispano extant, sicut censurari debent. Aliter non damnatur Scriptor, sed traductor. Et iudex iniustus agnoscitur.)

(13) *Hieron. vbi sup.*

§. 7. ARTICVLVS 1. N.9,

Yo con paternal amor embiè la salud eterna, y la medicina à la naturaleza humana, para remedio de sus enfermedades... aora quiero hazerles otra muy grande (misericordia) porque es el tiempo oportuno de obrarla... para mas hazerlo; y porque es tiempo en que el atributo de mi misericordia mas se ha de manifestar, y en que quiero que mi amor no estè ocioso; aora que el mundo ha llegado à tan desdichado siglo, despues que el Verbo encarnò; y quando los mortales estàn mas descuydados de su bien, y menos lo buscan: Quiero que tengan por espejo, donde vean sus ingratitudes, las obras maravillosas de mi poderoso braço; con esta pura criatura, y mostrarles muchas. que estàn ocultas, por mis altos juizios, de las que hize con la Madre del Verbo.

CEN-

Si intendit Author in prædictis propositionibus, misteria, de SS. Virgine, sibi (vt ait) recens revelata, comparare, & præferre misterio incarnationis Verbi, & in illis maiorem Dei misericordiam, quam in isto eluxisse: hæc doctrina falsa est, temeraria, scandalosa, & impia. Si vero tantum intendat gratiam, & beneficium prædictorum misteriorum, sibi (vt ait) recens revelatorum, præferri debere omnibus gratijs, & beneficijs, quæ Deus à tempore incarnationis, hominibus contulit. Hæc doctrina falsa est, temeraria, & scandalossa. Solutio. Ex istis verbis censuræ patet nihil indignum fuisse apprehensum in litera Authoris; vnde mens solum damnatur, & non absolutè, sed conditionatè, quia non est vnde ad certum sensum suspectum trahatur, nisi forte hunc, vel illum, non ibi expressum, intendat litera, appensum in dilemma; & cum non sit contradictoriũ, tangit extrema vitiossa, manens in medio virtus. Et quia neutrum intendit, de nihilo est censura. Si autem hic liber est reus, omni iure debet ab eo exquiri rationem sui: vt inquit Okam: *Vbi incidit aliqua ambiguitas, vel generalitas verborum, in doctrina alicuius scribentis, vel docentis; recurrendum ad intentionem loquentis, vt ipse se exponat; & siquidem exprimit sensum verum, quem permittit sensus verborum, nullatenus est reprobandus.* (1)

(1) *Guiliel. OKam. part. 1. dialogor c 4.*

Ex quo passim notatur. Forte si viueret Ven. Mater, interrogata super verba sibi revelata, nesciret clarius illa exponere, quia non sua, de quo non loquitur Okam. Sed si tunc pro illa vnus Doctor Theologus intelligens verba, sanis sensu, & doctrina, responderet; non possent reprobari verba. Quia nullo iure infirmantur verba sana; licet non sic sint aliter vltro intellecta. v. g. in Euangelio: *Qui odit animam suam.* Convicta ergo est censura huius, & totius libri; cum inveniantur Patres, & Doctores tenentes idipsum, quod in ipsa est damnatum, vt dati erant in prologo,

& notis ipsius libri, & in libello: *Satisfacion por la Religion*, & in isto opusculo dantur. Imo in ipsis comitijs Sorbonæ; non solus vnus, sed sexaginta Doctores contradicentes adfuerunt, qui, vel hæretici sunt dicendi, vel sensu Catholico, & probabili intellexerunt: vel ipsi, super dubium, securius potueruntt opinare, quam oppositi damnare, qui authoritate, vel ratione illos non superarunt. Numerus autem votorum fallibilium, non est ad rem rationis, quæ non est quantitas discreta, vel maior, aut minor ex numero. Iste vero in re cibili, œconomica, municipali, iudiciali, vel simili, authoritatem Vniversitatis ad se trahit; sed in definiendo res fidei dubias, aut occultas; positivas, aut negativas, in veritate, & ratione fundatas, quid substantiale ad authoritatem est in Ecclesia numerus? Iam esset definitum de fide misterium Conceptionis, in Concilio Basiliensi, propter numerum maximum. Ratio ergo, authoritate infallibili, vel ratione, vincitur, non numero. Et minus in Vniuersitate, vbi ratio compatitur de facto, cum factione, vel arte. Ergo dum numerus facultatis rationem non potuit extinguere; factum tenet, in id quod potuit. Et vt manet dictum, in Exordio: Approbavit librum, quia potuit. Nihil damnavit, quia non potuit (quæ ratio sufficit; præter nullitates dictas; adhuc in §. 8. amplianda.)

Quod intendit litera, ibi claret, si sensus integer legatur: *Hija mia, quando embiè al mundo à mi Vnigenito, estaba en el peor estado, que avia tenido desde el principio.. Yo con paternal amor embiè la salud eterna...Y como entonces atêdi al tiempo, que mas resplandeciesse esta misericordia, aora quiero hazerle otra muy grande, porque el tiempo es oportuno de obrarla, mientras llegue mi hora en la qual hallarà el mundo tantos cargos...y quan bien justificada està mi causa. Para mas hazerlo, y porque es tiempo en que el atributo de mi misericordia mas se ha de manifestar, y en que quiero que mi amor no estè ocioso. Aora quando el mundo*

do ha llegado à tan desdichado siglo, despues que el Verbo encarnò...quando mi ley santa, y Diuina se desprecia::quando menos obligado me tienen los malos, mirando à los justos que ay en este tiempo, para ellos aceptables: quiero abrir à todos vna puerta, para que por ella entren à mi misericordia ...quiero darles oportuno remedio, si de èl se quieren valer, para venir à mi gracia...quiero que sepan quanto vale la intercession de la que fue remedio de sus culpas, dando en sus entrañas vida mortal al inmortal...quiero que tengan por espejo, &c. sup.

Hoc totum Catholicum est, Censura vero intersecando verba, sensum aperientia (quo stylo, ex Euangelio extractæ sunt hæreses) vult quod litera intendat comparationem inter beneficia incarnationis, & reuelationis. Hoc non intendit, sed inter tempus, & tempus misericordiæ Dei. Clarius non potest dici: *Y como entonces atendi al tiempo, que mas resplãdeciesse esta misericordia, aora quiero hazerle otra muy grande* (non ait maiorem, non æqualem, sed valde magnam) *porque el tiempo es oportuno de obrarla.* (Oportunum scilicet ad magnam misericordiã, quantum ad magnam iustitiam) *por que es tiempo en que el atributo de mi misericordia, mas se ha de manifestar, aora quãdo el mundo ha llegado à tan desdichado siglo, despues que el Verbo encarnò.* Misericordiæ magnæ manifestatio, sicut tempus pessimum, in quo magis eluscecit, vtrobique comparatur. Et posset intelligi, secunda maior misericordia, in minori beneficio, cadenti super maius, & maiorem ingratitudinem.

§. 8. ARTICVLVS 2. N. 10.

Super articulum istum denudatur magnum desideriũ calumniandi. Primo in adulterio verborum; in fine enim censuræ notatur hoc, *se advierta que lo que và en Castellano idioma, es traduccion del Francès, &c.* vt scilicet Hispani

iudi-

iudicium possent facere verborum Gallicè damnatorum: qui vim Gallicæ linguæ non capiunt. Vnde Censores Gallici se iudices constituerunt simul & reos, incapaces ab intrinseco iudicandi verba Scriptoris, non visa; cum potius, per Notarij, in linguis periti, attestata iure debebant traducta iudicari. Secundo. In diversa forma textus. Tertio in falsa, & sophistica argutione censuræ. Litera enim dicit Hispanicè *En la primitiva Iglesia no los manifestè, porque son misterios tan magnificos, que se detuvieran los fieles en escudriñarlos, quando era necessario que la Ley de gracia, y el Euangelio se estableciesse.* (Clare hìc supponit litera quod hæc manifestatio tunc, & vsque modo omissa, non erat in Ecclesia necessaria ad salutem stabilienda, ea necessitate, qua lex gratiæ, & Euangelium) *Y aunque todo era compatible* (hoc est. Fides ex præcepto, cum fide ex pietate, & communi acceptatione fidelium, ea discretione qua hodie compatitur fides necessariorum, cum fide aliquorum, quæ in Ecclesia, absque diffinitione, vel præcepto creduntur; & eodem habitu Diuinæ fidei, ex communi Theologorum opinione; vt probat in ipso libro nota 5. §.5. (*Pero la ignorancia humana pudiera padecer algunos rezelos, y dudas* (quod fuit maius inconveniens) *quando tan en sus principios estaba la Fè de la Encarnacion, y Redempcion, y los preceptos de la nueva Ley Evangelica.* (Vnde concludit litera suppositum, quod materia huius manifestationis, ea parte, qua nova nobis annuntiat, non erat in ordinatione Diuina, ex numero eorum, quæ absque suspitione, vel dubio, inter fidei, & redemptionis misteria, & præcepta legis teneri, & credi debebat. Non tamen diffusè stabilita fide, erat tempus ita oportunum, sicut præsens; licet ex peccatis malum, ne ignorantiæ humanæ informis imbecilitas gravaretur, vel prorsus erraret excedens, aut recedens; seu peccans, non ligata, apprehensione erronea. Hoc totum valet, & attingit ab intrinseco virtus huius literæ, quod

abs-

absque vlla dubietate, est fidei concors, & consequenter prosequitur.) *Y por esto dixo la peasona del Verbo humanado à sus Discipulos, en la vltima cena: Muchas cosas tenia que deziros; pero no estais dispuestos para recibirlas. Hablò en ellos à todo el mundo, que no ha estado dispuesto hasta assentar la Ley de gracia, y la Fè del Hijo, para introducir los misterios, y Fè de la Madre.* Hæc litera in censura disonat. Nec dicit, *para introducir*, nisi *recebir*. Confundens differentiam quæ litera distinguit modum enuntiandi diversa hæc misteria. *Hasta assentar la Ley de gracia, y Fè del Hijo, para introducir los misterios, y Fè de la Madre.* Illa fides stabilita supponitur in mundo, vt hæc introducatur. Illa stabilitur, quæ nota, simul, & semper ligat; quæ introducitur, abstrahit, ex termino, à lege, & ligamine. Et sic introducitur in Ecclesiam aliquid occultũ, & nobis novum, per vnum membrum, quod tenetur credere, Deo dicenti: & est sufficiens medium, vt cæteri piè credant; sicut in præsenti; cum revelans elegit subiectum fidedignum; notorio exemplo, virtutibus, & miraculis, ante, & post mortem ab eo decoratum. Ipsamque historiam propria eius manu scriptam (vt notum est) à Deo esse, testatur doctrina mirabilis, qua tota texitur, ex qua nemo potuit vsque modo, apicem mordere. Ac ijsdem fundamentis, multæ privatæ revelationes sunt acceptæ in Ecclesia; & possunt esse solemnes, seu publicæ, Deo volente, seu movente authoritatem Apostolicam. Vt in dicta nota 5. §. 7. ostenditur quanta decreverunt Pontifices ex Cathedra, moti partialiter, seu materialiter ex privatis revelationibus. Dicitur vero *Fè de la Madre* introducenda, ipsa misteria illius, quæ dicuntur fides obiectivè. Sicut Symbolum omnia misteria nuncupat. *Hæc est fides Catholica.* Hoc sensu dicitur: *Los misterios, y Fè de la Madre.* Et loquens de mũdo prosequitur. *Y aora es mayor la necessidad, y ella me obliga mas que su disposicion... Y no quiero dexar de ponerles delante esta Ciudad de refugio: describela, y dibujala*

como tu cortedad alcançare. Y no quiero que sea esta descripcion, y declaracion de su vida opiniones, ni contemplaciones, sino la verdad cierta: los que tienen oìdos oìgan, &c.

§. 9. CENSVRA.

Hæ propositiones, quibus Author asserit, veritates sibi fuisse revelatas, ipsis prioribus Ecclesiæ sæculis ignotas: Imo & ipsarum numero, quas Apostoli ipsi portare non potuerunt, Ante progressum dicitur. Quod hoc non dicit litera formaliter: quia non sic intelligit de Apostolis, sed de mundo. *Hablò en ellos à todo el mundo.* Qui est modus loquendi vsitatus, & sæpe necessarius, & litteralis in Euangelio, & per se notum. V. g. *Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis.* Hoc modo dixit. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Sed quando? *Cum autem venerit ille, spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Ergo non solis Apostolis fuit locutus, quia neque Christus, neque Spiritus S. docuit illos omnem simpliciter veritatem, mundo revelandam; de qua loquitur: Nam de omni veritate, vt sic nunquam essent capaces. Docuit utem eos i p se spiritus omnem veritatem necessariam sibi, & nobis. De hac constat, & hanc, etiam Christus docuit ante, & post passionem in mundo. Neque Euangelium est nobis in doctrina diminutum. Vt dixit. *Claritatem quam dedisti mihi dedi eis* Sed quia ex infirmitate nō contulit illis tunc plenum effectum: Spiritus S. confirmās, & illustrans clarius docuit easdem veritates, & certas extrahere consequentias explicitas, de implicitis. Insuper et alias docuit necessarias ad perfectionem, vtilitatem regimē, & augmentum Ecclesiæ, ad eas fideles habilitans cum suis donis. Quæ omnia sunt *manifestatio spiritus ad vtilitatem* Ecclesiæ. Et prophetia ad occulta revelanda, etiam ad vtilitatem; non dicitur ad necessitatem: licet ipsa dona sæpe ad necessaria dentur, sed non semper. Semper autē ad vtilia. Ipse vero Spiritus S. tunc Apostolos, & semper in Ecclesia fideles docet veritatem. Et semper ipsa accipit, & postulat. vt Christi Verbū impleatur. *Mentes nostras quæsu-*

1. Cor. 12. 7.

sumus Domine Paraclitus, qui à te procedit illuminet, & inducat in omnē, sicut tuus promissit filius veritatem. Si ergo semper petimus promissum Christi, idest omnem veritatē; non cum solis Apostolis, sed cum toto mūdo fuit locutus. Neque omnē veritatē revelandā solis illis protullit Christus, & Spiritus S. multa etiam nobis sunt revelata, & revelanda. Quod autem docuerit etiam Apostolos omnem veritatem extensivè scibilem, de rebus occultis incarnationē consequentibus, vel quæ ex congruentia, aut decentia, seu connexione fuerunt illi coordinatæ, & in futuro aperiēdæ, credibile est, sed non constat; neque fuit simpliciter necessarium; manente Spiritu S. Doctore perpetuo in Ecclesia, qui de facto semper docet, spirat, & revelat multa vtilia, quæ etiam de facto Apostoli non tradiderunt. Sed credibilius est illis fuisse revelata specialiter hæc misteria Matris Dei, ex ratione optime fundata; sub sigillo tamen, vt solū clarè ea quæ ad incarnationē, & honorem Verbi pertinent, in scripturis apparerent; cætera vero ænigmatice tantum, aut velata; quod sequitur ex facto, quia sic à pluribus Doctoribus, in vtroque testamento, abinitio Ecclesiæ sunt perspecta, & exposita, multa bene admissa in ea Insuper cum in vtraq̄ pagina insignium personarū inveniantur acta, nativitas, mors, patres, ætas, virtutes, &c. solum de Matre Dei nihil horum fuit scriptum; & raro nomen eius, & per Joānem Filium, & domesticum, ac cognatum, numquā. Ergo totam vitam, quo ad personam Virginis, occultā reliquerunt; & omnium silentium vnum, ordo vnus superior cōprobatur; & quod sciebant quod tacebant. Rationes tamē congruæ innumeræ sunt, & vna datur supr. *Porque son misterios tan magnificos, que se detuvieran los fieles, &c.* Vnde misteria occulta Virginis tenet V. Mat. in opere suo, quod fuerunt revelata Apostolis (forte non per Verbū incarnatū, sed postea per Spirit. S.) quæ non docuerunt. Ideo Ludov. Carvajal. Dr. insignis (de quo infra, ait: *Neque in solitū aliquibus videatur quod Deus hoc misteriū aliquādo celaverit quia scriptum est. Multas habeo vobis dicere, quæ nō potestis*

por-

(1) *portare modo*(1) Inconveniens non invenit, vt misterium
Carvaj. Conceptionis fuisset tunc celatum Apostolis, & potius
de Con- veritates minus principales vitæ Virginis: qua Spiritus S.
cep. c. 28 paulatim aperit; implens illud promissum mundo. *Ille*
adest in *vos docebit omnem veritatem*. Inter quas sunt hæ, partim
monum. reseratæ per instrumentum Matris de Agreda, in tempo-
antiq. Se re maioris oportunitatis, & necessitatis; quas in primitiva
raph. Ecclesia non oportuit docere; neque semper tacere. Prosequitur censura.

CENSVRA FINIT. *Easque tamquam infallibiles fidelibus proponit; falsæ sunt temerariæ, scandalosæ: fanaticis, & hæreticis fauent; ad omnes novitates viam aperiunt; & Ecclesiæ authoritati derogant, ad quam pertinet fidelibus proponere veritates, tamquam constantes, & infallibiles, ex Verbo Dei scripto, vel non scripto, per Apostolos ad nos transmisso.*

Censura hæc male operans, loquitur bene, dicens: *Ecclesiæ authoritate derogant, ad quam pertinet fidelibus proponere, &c.* Quia si veritas est infallibilis, quod hoc verbu censurantis non est infallibile, cum ipsum definiendo, tamquam infallibile, proponat fidelibus, *Ecclesiæ authoritati derogat, ad quam pertinet fidelibus proponere veritates infallibiles.* Authoritatem in hoc iudicio, nullam habens, & nihil dicens, vt probatum est. Insuper falsam doctrinam tegit, & erroneam, dum supponit, sufficere revelationem infallibilia verba includere, vt falsa sit. Quod indicat non esse veram vllam revelationem, nisi *ex Verbo Dei scripto, vel non scripto, per Apostolos ad nos transmisso.* Quæ nota facta fuit à Doctoribus ipsius facultatis, in his comitijs, ex doctrina Socinianorum, facultati insitorum: quibus (vt
(2) aiunt) *omne genus revelationum prorsus invisum est.* Et
in tracta quod non sit nova nota huius doctrinæ, testem offerunt
de SS. D. Feu. Pastor. S. Gervasij Parisijs (2) qui contra eam scrip-
Trinit. sit. & alios. Si nulla igitur creditur revelatio nova post Apostolos, vt supponit, vel indicat censura, falsa est doctri-

na,

na, ex dictis §. isto. Opponiturque verbis Apostoli. *Prophetias nolite spernere.* (3) Et B. Bonavent. ait. *Temerariū est terminum præfigere Deo* (4) Canisius autem totum casum claudit. *Non possumus plerisque novatoribus assentiri, qui contentionis, atque distractionis potius, quam Christianæ pacis, & vnitatis amantes, omne quæstionum genus ad solas scripturas revocant: & præter illas, nihil ferè admittunt; sive de Maria, sive de personis, & rebus alijs Euangelicis... quid autem hoc est aliud quæso, quam cum Deo ipso pugnare, & præpotentis Spiritus gratiam, qui vbi, & quando vult spirat, ac docet, vel extinguere, vel impedire?.. At qui propterea missit paracletum Dominus (Tertuliani verbis vtor) vt quoniam humana mediocritas omnia simul capere non poterat, paulatim dirigeretur, & ordinarctur.... Quæ est Paracleti administratio, nisi hæc? ...facessant igitur nasuti, ac morosi censores, qui statim nauseant, & offenduntur, cum ea de Maria legunt, vel audiunt, quæ in Verbo Dei non sunt explicata; sed ex veterum, vel recentiorum Theologorum scriptis petita; eaque talis personæ dignitati, & rationi in mente piorum lucenti, consentanea, &c.* (5)

(3) 1. Thes. 5. 19.

(4) in 3. d. 20. q. 6.

(5) Canisius lib. 1. de Deipara c. 8.

Suppositum latens in censura de non admittendo revelationes privatas, perspicitur ex verbis amplius. Quia revelationem vt falsam damnat, eo quod propositiones *tamquam infallibiles fidelibus proponit.* cum potius falsa esset, eas proponens tamquam fallibiles. Hæc mera ratio convinceret falsitatem. Sed quia infallibilia verba dicit, à Deo sequitur esse; quod si falsa arguitur revelatio, ex hoc minime, sed aliunde debet probari. Sic afirmat ex Magno Doctore Paris. Altenstaig. *De revelatione est, vt sit certa. Sicut scribit Magister Ioannes Gerson. par. 1. in declaratione veritatum, quæ sunt de necessitate salutis. Et secundum eundem, veritates quibusdam specialiter factæ, sine dubitatione sunt credendæ; alioquin non esset revelatio.... oportet enim, vt tam clare cognoscatur revelatio esse à Deo: quam clare scitur aliquid esse Scripturæ Sacræ, vel rationi*

 con-

consonum.(6) Et quia sic audiens Deum tenetur credere, non potest non æstimare verba vt infallibilia extra dubiũ, & opinionem. Ex D.Bonavent. *Opinio vt habet secum annexam formidinem, non potest stare simul cum habitu fidei, circa eandem materiam; pro eo quod fides facit plene consentire in alteram partem, ita quod omnino reputat oppositum falsum, & erroneum.* (7) Ideo participans revelationem acceptam necessario credit loqui infallibilia verba; sicut sunt ipsa intrinsece, quia Dei; & sicut illa credit non sua. Vt inquit B. Petrus: *Omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu S. inspiranti locuti sunt Sancti Dei homines.* (8) Aliud est quod ipsa verba nobis ligent vt infallibilia. Ad quod egent authoritate Ecclesiæ. Ast & si non credantur vt talia, non ideo non sunt in se, & Deũ immediatè audienti. Tunc sic. Quia litera proponit propositiones *tamquã infallibiles*, damnatur vt falsa; & non possunt sic esse Dei. Si autem illas proponeret tamquam opinabiles, aut fallibiles, non sic essent Dei; & revelatio potius esset falsa: ergo ex doctrina censuræ nulla revelatio privata, & nova tradit verba Dei. Vnde nulla est à Deo; & nulla vera. Cur erit: nisi quia nulla est possibilis sibi?

(6) Altenstaig. in Vocabul Theologia. v. revelatio.

(7) S. Bonavent. in 3. d 24. q. 5.

(8) 2. Pet. 1 20.

Ex ista, & pluribus dictis, & dicendis rationibus, hanc censuram, & omnes super istum librum, ab vna parte factiosa facultatis emanatas, damnavit alia pars eiusdem Vniversitatis, piorum Doctorum, ad id rationes addens, in sua facti relatione, inquiens. *Quod censura, quæ ex facultate Theologiæ Parisiensi, ad piorum animorum offensionem, Deiparæ Virginis cultus exidium, & famæ Ven. Matris à Iesu de Agreda dispendium, cæca factione prodijt, per alteram censuram, ab eadem facultate melius emanantem, ac iuxta sanioris, imo, & maioris Doctorum partis iudicium, saltem, vt plurimum infra expressum, rescindatur, atque damnetur. Non potuit prima illa censura, absque graviori*

cælebérrimæ huius facultatis dedecore incastigata, irreprehensaque, sub illius nomine dimitti, quasi in illam Doctores conspirarint vnanimes...cumque nullus æqui, rectique arbiter idoneus illam, censoria, non tantum virgula, sed etiam omni dignam Anathemate, non sit iudicaturus. (9)

(9) *Censura censuræ, facultatis, ab eadem facultate.*

Hucvsque de censura entitative, modo de eius falsa impostura, circa responsum pro litera. Quæ longe ab est à verbis infallibilibus. Ait enim ibi: *Esta Ciudad de refugio describela, y dibujala, como tu cortedad alcançare.* Vbi non verbis Dei formalibus, sed describentis ordinatur descriptio. Non tamen nudæ eius menti fuit relicta, quoniã Deus præparavit eam, pluribus donis, & scientia infusa, (10) vt probatur in prologo ex vita eius, & informatione; vnde excedebat lumen, & numen, verba humana, species acceptas promptura. Vt ipsa indicat in introductione, n. 15. *Aunque siempre dexarè de dezir mucho de lo que entiendo, porque todo nunca es possible.* Ex quibus patet quod huius Civitatis descriptivum opus (idem scilicet ipsum quod tabernaculum, & domus) positum fuit in manibus linguæ describentis, vt illa materialiter in manibus Moysi, & Salomonis, sed prævio exemplari, cum scientia infusa: illi datum fuit in monte. Exod. 26. 30. Et isti præventum in Dauid. 1. Paral. 28. 9. Quia non, mente nuda, possent operari, ad nutum Dei indefectibiliter. In hoc sensu est consonum dictum à Deo scribenti, loquens de misterijs adhuc in Ecclesia occultis, in introductione, n. 10. *Quiero manifestarlos, y que tu los escrivas, como fueres enseñada; y en especial de Maria purissima: Y o te los declararè, y mostrarè.* Ideo dixit in præsenti articulo, & litera, vt sup. *Y no quiero que sea esta descripcion, y declaracion de su vida, opiniones, sino la verdad cierta.* q. d. non ex tua, vel aliena meditatione, tuum afectum, vel congruentiam, licet mente illustrata; vel Doctorum, qui diversa, & aliqua inter se opposita, meditarunt, aut opinative retulerunt, & nulla apocripha, scribas, sed veritas certa sit. Vbi sunt hìc

(10) *Patet in processu authentico de scientia infusa in Sũmario f. 19. n. 9. & de dono prophetiæ. f. 50. n. 11.*

 propo-

propositiones quas fidelibus proponit tamquam infallibiles, derogans authoritati Ecclesiæ? Censores invenerunt in litera Gallica, quæ alia est, & hoc valet. *Y no quiero que la miren como opiniones, ni visiones simples, sino como una constante, è infalible verdad, que los que tienen oìdos oìgan.* Non solum litera alia, sed alius sensus est. Non cum scribenti, sed cum fidelibus loquens, addita illa copula relativa *que*. Quæ in vera litera non est; sed absolutè: *Los que tienen oìdos para oìr, oìgan.* Quæ est emphatica, & comminatoria, vt sæpe in scriptura invenitur absoluta, vt pœna caveatur. Et sic adest in litera censurata, quæ ponit præceptum hominibus, super talem veritatem, quam audiant. *No quiero que la miren, sino como infalible verdad que oygan, &c.* Sed in litera vera solum vult quod descriptio vitæ sit *la verdad*, & hoc, *oìgan*. Hæc, & alia mendacia censuram damnant, quia non syncerè, sed captiosè sunt appensa, à nolentibus vera audire, nec solutiones omnium dificultatum, in libro Hispano præventas; quæ est prima rationum damnandi has censuras, in dicta facultatis piorum censura, dicentis: *Tomus primus vitæ SS. Virginis Deiparæ, ex Hispanica lingua, in Gallicam editus Massiliæ, ille stilo, vt vere est, humili, minusque cauto calamo scriptus; ac proinde, elegantissimo, omnibusque numeris authoris exemplari longe dispar; ijs omnibus insuper nudatus, quæ revelationibus in illo contentis fidem possunt, & reverentiam conciliare, prologo scilicet illo vere Galeato, doctissimis notis, vitæ authoris descriptione, gravissimisque approbationibus, quæ in exemplaribus Matritensi, & Vlissiponensi oferunt sese, omnemque ante vertunt difficultatem.*

Adhuc omissis malitia, & mendatio. Nec ipsa litera falsa est iuste damnata. Non pro infallibilitate, ex nuper dictis. Non quia loquatur cum scriptore, vt homines audiant, & sciant, cum conditio revelationis sit esse *ad utilitatem*. Vt dixit Deus S. Brigitæ: *Non loquor tecum propter*

ter te solam, sed propter salutem aliorum.(11) Super quas revelationes ipsius Sanctæ, dixit Laurea: *Post Apostolorum tempora accidentalia credibilia creuerunt, & quotidie crescunt*(quibus vtilitas crescit, & concludit) *has autem revelationes circa contingentia frequentes esse posse, etiam Augustinus sentire videtur.*(12) Vt loquitur de sua Matr. li.6. Confess. apud S. Thom.(13) Non denique, quia proponat per se fidelibus revelata; authoritati Ecclesiæ derogans. Nam in illis verbis non datur ei talis authoritas; neque supponitur quod extendantur, & audiantur nesciente, vel nolente Ecclesia. Neque ipsa Autrix sic intellexit, sed oppositum observabit. Nam in tantum fuit subiecta Ecclesiæ quod per decem annos recusans humilis cum Deo scribere, obedientia compulsa cæpit; & ipsum opus libenter cremavit obediens. Et per obedientiam cũ censuris, & mandata Dei iterum scripsit, vt refertur in introduct. n. 19. & ibi. n. 14. inquit: *El errar yo es posible, y consiguiente à muger ignorante; pero no en obedecer: ni tampoco serà de voluntad; y assi me remito, y sugeto à quien me guia, y à la correccion de la Santa Iglesia Catholica, à cuyos Ministros acudirè en qualquiera dificultad; y quiero que mi Prelado, Maestro, y Confessor, sea testigo, y censor de esta doctrina que recibo; y tambien Juez vigilante, y severo, de como la pongo por obra.* Impijssima ergo iniustitia est, quæ nulla malitia, vel arte potuit suam notorietatem tegere, aut colorare. Quomodo vero posset devians ab ea, cum qua sunt *opes superbæ, & iustitia*(dicent censores. Non sunt verba Mariæ: de quo infra) sed dicunt Censores pij; de illis: *Istos, si vnum suis minime probatum excipias, continuit ipsa tempestas; cum scilicet furore illam observaverunt; non tam adversus pijssimam Mariam à Iesu de Agreda, quam adversus Mariam Matrem Iesu Sanctissimam. Idemque contingit multis viris probis, & rectis adversus opus istud Hispanicum, ex in composita versione Gallica praeoccupatis.*(14)

(11) *Ap. Cardin. Tur recr. c. 1 Prol.*

(12) *Laur. 1. p. to. 3. d. 3. nu.* 135.

(13) *S. Aug. apud S. Thom.* 2.2. *q.* 131. *ar.* 5. *Prov.* 8. 18.

(14) *DD. Parisiens.*

AR-

ARTICVLVS 3. N.107. 181. 328. 334.

§. 10.

Hi quatuor numeri non sunt mendose traducti. In quibus notarur, quod Angeli adoraverunt Matrem Dei, in visione, ante eius existentiam; quam S. Anna venire, & eam adorare cupiebat. Angeli vero illam natam adoraverunt in vlnis Matris, in Cælum asportaverunt, quam, humiliatam ante thronum, ibi adoraverunt, & in throno Altissimi eam agnoverunt.

CENSVRA.

Licet adorationis nomen æquivoce sumatur, & aliquando in scripturis, & non nullis Patribus, pro honore creaturis debito vsurpetur. Tamen cum ex Ecclesiæ vsu, terminus ille vsurpari debeat, ad significandum supremum cultum, soli Deo debitum: nec possit, sine periculo scandali, creaturis communicari. Hæ propositiones, quatenus eodem adorationis termino cultum exprimunt exhibitum, vel exhibendum Beatissimi Virgini, quo ipsi Deo exhibitus ab Authore exprimitur: scandalosæ sunt, & in errorem inducentes. Tot circulis, non potuit censura, absque mendacijs, quid illicitum mordere. Primo, non vult sufficere in contra, scriptura, & Patres; nam ipsos fatetur. Non ergo manet in Christianismo quo fides probetur. Opponit enim vsum Ecclesiæ; absque authoritate, vel canone, vsus autem Ecclesiæ est Ecclesia vtens. Ipsa dat authoritatem scripturæ, & vtitur illa vt probet suam authoritatem; & etiam authoritatem Patrum, vt in Concilijs, & iure canonico patet. Quomodo damnabit Ecclesia authoritate vsum, quo ipsa authoritas custodiens, custoditur, & vtitur? Probatur in cõtra

tra vsus Ecclesiæ, ex testibus omni fide dignis. Opus commune est Vocabular. Theolog. & medula omnium Patrū. Dicitque. *Tres ponuntur species Adorationis, quæ Græcè theoscbia, seu latria, dulia, & hyperdulia nominantur. De quibus Gabriel d.9.q.vnic.li.3.sent. & valde multa de his lect.49.canonis... B. Augustinus super illud. Dom D. tu. adorabis. Mat.4. & illi soli seruies. dicit. Seruitus duobus modis solet appellari. Dicitur enim latria, dicitur & dulia. Sed dulia intelligitur seruitus communis; hoc est. seu Deo, seu homini, seu cuilibet rerū naturæ exhibita; à qua etiam seruitus, idest, dules Græce nomen accepit. Latria autem appellatur seruitus illa, soli Diuinitatis cultui debita, &c. hæc Aug. Diuiditur autem dulia, vt tamen creaturæ debetur in duliam maiorem, & duliam minorem. Vnde actus duliæ (vt inquit Gabriel. vbi sup.) est actus venerationis creaturæ exhibitus, propter eius excellentiam. Sive interior, sive exterior & illo modo est genus ad hyperduliam, quæ est dulia maior, & ad duliam minorem... & dicitur ab hyper, quod est super, quasi excellens dulia, qualis est reverentia exhibita Virgini gloriosæ, vt est Mater Dei, quæ excellit Cherubim, & Seraphim, & omnes Angelicos Spiritus. De quo latius vide S. Bonavent.3.d.9.q.3.* (1) Vide etiam Scotum. ibi. q. vnic. §. quantum ad istum. Simile opus est Compendium Theologiæ; vbi dicitur: *Latria est seruitus, & reuerentia Deo exhibita, &c. dulia debetur creaturæ in quantum est imago Dei. Vnde dulia est honor qui debetur Sanctis. Vnde de B. Virgine sciendum est, quod in quantum est persona Sancta; debetur ei dulia: sed in quantum est Mater Dei, debetur ei hyperdulia, i. superior duliæ.* (2) Si ergo adoratio est seruitus; convincit experientia vniversalis practicæ, quod Ecclesia laudat, & docet servire, & adorare Sanctos, interius, & exterius, & aliquibus signis, quibus Deus adoratur, sola distinctione mentali, quam fides docet. Et ad nil aliud præbet cultum Imaginibus illorum; non vt eæ adorentur, sed in eis, quos vt signa memorant. Hæc sunt verba:

(1) *Altēstaig voc. Theolog. v. Adoratio. Scot. 3. d.9.q. vnic.*

(2) *Combis Comp. Theol. l. 5. c. 58.*

ba S. Gregor. in canone (3) & solum de huius despectione potest esse scandali periculum, quatenus non solvatur membris Christi honor illis debitus; i. dulia. Quod hyperdulia debeatur Matri Dei i. maior, & supræma dulia, videtur ex testibus datis, & dandis. Vbi erit inconveniens ex vsu Ecclesiæ? Erit ne quod Angeli adorarent Virginem? Non. Quia adoratio est servitus, & correlativum dominationis. Et *Maria est Domina omnium in mundo* (4) vt inquit S. Bonavent. quem admittent Censores, qui Patres in hoc non sequuntur, saltem, quia Doctorem Paris. sicut idem admittit vsus notorius Ecclesiæ dicentis, de Cælis, & Angelis, cum Ss. Augustino, & Ephrem: *Ave Regina Cælorum, ave Domina Angelorum* (5) Qualis igitur est formalitas cui opponitur censura? Quatenus verba *exprimunt* Virginem adoratam, vel adorandã *eodem adorationis termino* quo Deum. Ratione, & veritate caret hoc. Quia litera nullum præbet motivum, vt possit ex ea intelligi quod exprimat. *eodem adorationis termino* obiectivo, qui est Deitas. Nec termino verbali specifico tali. Si hoc indicaret damnabile erat; sed falsum est hoc ex precisse. Dices autem pro censura. Sufficit quod vtatur termino, seu voce adorandi creaturam, quo Ecclesia non vtitur nisi solum circa Deum. Hoc verum est, quia Ecclesia non solet hoc termino vti pro dulia, præcavens in æquivoco calumniam infidelium, aut ignorantiam supinam: sed factum non prohibet, vocem, rite prolatam, non limitat; imo & facto vtitur semper; & sæpe voce, vel termino. S. Gregorius enim, vbi sup. repræhendens Episcopum Marsiliensem, quod *Imagines Sanctorum*, ne adorarentur, confregerit. Inquit. *Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam, quid sit adorandum, addiscere*: & c. sequent. in septima Synodo, actione 6. *Venerabiles imagines Christiani... ad memoriam, & recordationem primitivorũ, venerantur eas, & adorant.* (6) Hæc authoritas Papalis, & Synodalis, ac conpnica, satis probat, quod adoratio crea-

turæ

(3) *De consecr. d. 3 c. perlatum. 27 Item c. Venerabiles. 28 ibi. decret. p. 3*

(4) *S. Bon. v. in Speculo B. Mariæ lect. 3. circa fin.*

(5) *Aug. ser de Assũp Ephrem serm. de laudib V. Mar.*

(6) *§. isto. n. 3. & est Gregor. epist. li 9.*

turæ Sanctæ, in verbo, & opere, non ſolum eſt vſus, ſed dogma Eccleſiæ: quæ termino generico ritè vtitur ſyncerè, & ſpecies adorationis ſecundum obiecta, ſuppcnit diſtinctas. Si ergo Pontifex, & Synodus docent Sanctos adorari, cur damnatur litera dicens Dei Matrem adoratam? Sicut etiam de Synodo non ſequitur illud. *eodem termino adorationis*. i. latria. Ita nec in propoſito. Et eſt notandum, quod non ſolum litera non movit ſuſpicionem talis ſenſus, ſed nec potuit movere; quia Ven. Mater optime intellexit, diſtinxit, & docuit in eodem libro hanc materiam, quod arguit malitiam cenſuræ. Si enim in hoc articulo aggregaverunt diſtantiſsimos numeros ad mendacium, & in cæteris patet totus liber exaratus, & lectus; cur ex numero 557. non aggregarunt ad veritatem, ſequentia verba? *Deuda juſta es dar culto, y reverencia à los que ſon ſuperiores à noſotros. Y ſegun la grandeza de ſu excelencia, y dignidad, y los bienes que de ellos recebimos, ſerà mayor, ò menor nueſtra obligacion, y culto que les debemos; aunque ningun retorno ſea igual con el recibo, ò con la dignidad... de las obras exteriores, ſe comprehende aqui la adoracion latria, que es la ſuprema, y debida ſolo à Dios... dulia es la que reverencia à los que tienen alguna participacion de la excelencia, ò dominio del Supremo Señor, que es Dios, à quiẽ toca el culto de la adoracion latria. Por eſto honramos à los Santos con adoracion, ò reverencia dulia.* Proſequitur cenſura.

§. II. *Quatenus autem dicunt Sanctiſsimam Virginem ab Angelis ſtatim, vt ipſi creati ſunt, & ſtatim atque ipſa nata eſt, tum etiam adoratam, in throno Altiſsimi, reſpectivè: temerariæ ſunt, & falſæ.* Ly duplex *ſtatim*, additio eſt. Neque vox æquivalens eſt in tota litera. Sed n. 83. & 84. ponit ſtatum viæ Angelorum, in tribus morulis, cum intervallis, quæ etiam dixit inſtantia, & in tertio fuit eorum bona, vel mala determinatio iudicata, quæ in ſecundo concepta; hoc in natura Angelica non eſt ſtatim, in

 qua

qua est locus quærendi , an in primo instanti potuisset peccare? Neque Doctores iudicant, pluribus eos indiguisse morulis, quam hæc litera tradit. Cuius relativam distributionem, iam prædixerat, eodem sensu, Magister, cum S. Aug. in 2. d. 3. f. Neque litera de hoc loquitur amplius, in numero damnato. Natam autem dicit. *la adoraron, y la rindieron honras en los brazos de su Madre.* Neque hoc est *statim*. Ad quid ergo est, additum statim damnatum, non pertinens ad fidem? Nisi ad ponderandam acceleratam servitutem Angelorum, quasi indebitam Virgini specialiter ab Angelis. Nam prima clausula huius censuræ solum adorationem ad creaturam damnat ; ista secunda vrget eo quod sit ab Angelis, & in throno Altissimi; & forte quia viuente. Hoc vltimum si notetur, non est inconveniens; quia Sancta erat nata, & confirmata, & electa in Matrem Dei; cuius caro in ea præerat; & sic adoratio, in hominibus nescientibus, esset notabilis; in Angelis scientibus, minime. Neque in illis adorantibus Deum, & Virginem; potest argui periculum vnivocationis in termino. Ipsi sciunt quid, & cui debetur, & prius , & melius illi quam Magist. in 3. d. 9. & S. Tho. 3. q. 29. art 6. & Scot. qui vbi Magister, adorationem dividunt. Neque Docti invenient obicem, in eo quod Angelis fuisset ostensa , ante suum casum, in visione, vel specie , cum species rerum fuerunt illis concreatæ. Ut diverso sensu docent S. Thom. 1. p. q. 54. & seqq. & 2. p. q. 57. art. 2. ac quodl. 7. art. 5. & Scot. in 2. d. 3. q. 11. vbi §. vna opinio. dicit. *Quia secundum Augustinum 2. & 4. super Genes. res istæ prius fuerunt in cognitione Angelica, quam in proprio genere.* De quo etiam Scot. ibi. d. 9. de locutione Angelorũ. Hanc ipsam ostensionem tenet in terminis Gallatinus l. 7. c. 4. & est connexum cum doctrina S. Bernardi super illud Ionæ 2. *Propter me orta est hæc tempestas.* Quod casus Angeli fuit propter imbidiam vnionis hypostaticæ præuisæ : & aliorum Patrum, quos refert Suarez l. 7. c. 13. quam opinionem

tenet esse securiorem, iuxta scripturam, & Patres. Non ergo hæc matutina cognitio potest iudicari falsa, quia impossibilis. Hoc etiam formaliter est damnatum, Angelis tunc dicentibus.

§. 12. *Adoremos, y honrremos esta dichosa muger, que ha de dar carne, &c.* n. 107. & hoc. *La adoraro͂, y reverenciaron en los brazos de su Madre.* n. 328. Huius fundamentum indicant Censores, dum dicunt in capite (vt prænotatum manet) *Inde obseruabat olim sapienter S. Epiphanius, par & idem ex ambabus hæresibus detrimentum accidere: Cum alij Sacrosanctæ Virginis dignitatem elevent; alij præter modum, & rationem attollant. Hæres. 79. adversus Collyrid.* Sed verba S. Epiphanij hæc sunt. *Nam vt paulo ante, qui superiorem illam sectam amplexi sunt, contumeliosas in B. Virginem opiniones, hominum ingenijs asperserunt. Sic isti contrariam in partem declinantes, extrema͂ in noxam, ac perniciem inciderunt... Sanctum erat Mariæ corpus: fateor. Non tamen Deus illa fuit. Eadem, & Virgo extitit. Minime tamen nobis ad adorandum proposita, &c. Propter hæc dico. Deme adorationem à Virgine Maria, & omnia alia, quantum ad puritatem, & sanctitatem, & immunitatem à peccato, ipsi concede.* Hanc authoritatem sæquentes Censores demunt adorationem, sed non omnia alia, concedunt. Cum exterminis, solum quod sit Deus negat Sanctus B. Virgini. Et ideo demit solam adorationem, & eius species? Solam novit latria, de qua loquitur formaliter? Dicat ipse met, alibi, de Sancta Virgine: *Cuius consideratione, per scripturas in Cælos prospectans, illam ab Angelis adorari video. Hinc Gabriel in primis Virginem salutat. Aue gratia plena Dominus tecum.* Testis ocularis factus est, quia vidit, non per afectum, vel contemplationem, sed *per scripturas*; non in vlnis Matris, non in terris, sed in Cælis, *illam ab Angelis adorari.* Non latria adoratione, quam negat: ergo cognovit duliam, quæ debetur Angelis: & hyperduliam, quam ipsi Virgini debent

(1) *S. Epiph to. 1. li. 3. Hæres 79. adversus Collyridianos. sup. cit.*

(2) *S. Epiph to. 2. in orat. de Laudib. Virg. & adest etiam in Bibliot. PP. Co͂cionat. to. 6. l. E*

 bent

bent. Eadem legalitate Sanctus, & liber damnatus, lecti sunt. Quod neque obstet quod Angeli, qua comprehensores sunt, Matri Dei, qua tali, in quocumque statu adorationem debeant. Vt dixit Bonavent. *Quoniam excellentissimum nomen habet...non tantum debetur ei honor duliæ, sed hyperduliæ. Hoc autem nomen est, quod Virgo existens, Mater Dei est: quod quidem tantæ dignitatis est, quod non solum viatores, sed etiam comprehensores; non solum homines verumetiam Angeli, revereantur, &c.* (3) & altius Bernardus. *Cui Angeli subditi sunt, cui Principatus, & Potestates obediunt, subditus erat Mariæ; nec tantum Mariæ, sed etiam Ioseph propter Mariam, &c.* (4)

(3) S. Bonav. in 3. d. 9. art. 1. q. 2.

(4) S. Bern. ho. sup. missus est

Alia circunstantia potest suspicari obiectum huius censuræ partiale. Quod scilicet adoraretur in throno. *Adorarō, y reconocieron de nuevo en el trono del Altissimo à Maria SS.* (& sequitur) *por Madre futura del Verbo, y por su Reyna, y Señora.* n. 334. quamvis ipsa non sedere intendebat. Quia præcedet ibi. *La Niña Diuina postrada con el afecto ante el throno, &c.* Nec in throno illam adoravisse, exprimitur. Sed *la reconocierō de nuevo en el throno* Quia prius, vt dictum est, *la adoraron en los brazos de su Madre.* Sed hæc distinctio non est necessaria, nam illi agnouerunt Reginam, vbi etiam Dauid. *Astitit Regina à dextris tuis.* Sicut locus legalis, & iure regio est thronus; supponitur ibi Regina à dextris Regis. Quod figuraliter præcessit cum Rege Salomone, & Regina Matre sua: *Venit ergo Bethsabee ad Regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia, & surrexit Rex in occursum eius, adoravitque eam; & sedit super thronum suum; positusque est thronus Matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius* (5) Vnde Bartholomeus de Pisa nuncupat Mariam. *Bethsabee, in sublimatione.* (6) Et formalius S. Alb. Mag. *Bethsabee, quæ tunc venit ad filium, quando assumpta est in Cælum. Tunc enim filius venit in occursum eius, ipsamque adoravit, idest adoratione dignā demonstravit, eam in throno glorioso, ad suam dexteram,* su-

(5) 3. Reg. c. 19.

(6) Pis. li. de laudib. Virg. fru ct. 2.

sublimauit. 3. *Reg* 2. (7) Clarioribus adhuc verbis ostendit Fidelis (8) hanc piam adorationem Filij; applicans Matri, ex mente Ruperti, illam Iosephi visionem. Gen. 36.9. *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & stellas vndecim adorare me.* Quæ astra Deiparam circunstant. *Amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* *Apoc.* 12. & inquit. *Quod illam Luna, hoc est Ecclesia adorarit, nullam patitur difficultatem. Ita S. Bernardus, de Ecclesia loquens affatur. Per ipsum sincerissimæ mentis affectum, tuis iacens prouoluta pedibus, Luna mediatricem sibi, apud Solem iustitiæ constitutam, devotis supplicationibus interpellat, &c. Quod autem eandem quoque simul stellæ, idest Angeli, adorarint, nullus etiam dubitabit. Cum enim ipsa illorum electa sit Domina, & Regina, &c. Sola quæ potest occurrere difficultas, Solis adorationem spectabit; idest eam, quæ à Christo illi exhibita sit... inuenio* (inquit) *Christum SS. Matrem suam adorasse non in terra solum, verum etiam in cælo. S. Antoninus dicit. Beatissimam Virginem, dum adhuc in terris, inter nos, ageret, Diuinum suum, & Vnigenitum Filium, in secretum cubile suum, non numquam secum adduxisse, ibidemque, coram eodem, sese prosternere volentem, ab eodem, qui vt Deus idipsum præuidebat præuentam, & primitus adoratam fuisse.* Ortaque humillima quæstione afflictæ Matris: *Ipse respondit. Tametsi non deceat, vt Deus mulierem adoret, decet tamen, vt Filius adoret Matrem. Illa dicebat: Deus meus non decet Deum fœminæ inclinari: sed ille dicebat, tamen istud decens est, Matri Filium subdi.* (10) *In Cælo quoque ipsam gloriosam eius Assumptionem adoravit. Pro vti tradit S. Bernardinus. Reverentia filiali, vt Matrem dignissimam, eam dicitur adorase.* (11) *Vnde Sanctus hic Doctor, quasi adorationi huic, præsentialiter astitisset... sic Christo dicebat. O bone Iesu, Omnipotens sempiterne Deus, quid est quod mulierem adoras? ...Cui Christus volo eam merito adorare, quia adorandam effi-*

(7) *S. Alb. Magn. serm. de Epiph.*

(8) *Benedictus Fidelis Franciscan. Tertiar. par. 1. quadrag serm. 32 consider. 2. 3. ex Rupert. in Apoc.*

(9) *S. Bern. serm. super signũ magn.*

(10) *S. Anton. part. 3. tit. 31. c. 4. §. 2.*

(11) *S. Bern. to. 3. ser. de Assũp. ar. 2.*

(12) *efficit meritum humilitatis. Nam in ea fuit humilitas in-*
S. Hier. *comparabilis.* Hæc Fidelis. Sed magis ad rem Hierony-
serm. de mus illam in throno sessionem, in Assumptione, non esse
assumpt. primam, videtur in suis verbis docere. Dicens: *Vsque ad*
ad Pau- *throni celsitudinem, intemerata Mater, & Virgo processit;*
lam, & *atque in Regni solio sublimata, post Christum, gloriosa rese-*
Eustoq. *dit.* Idem est, quod iterum sedit. Nam D. Gregor. ait: *Ma-*
vide ip- *theus vero ad telonei negotium non resedit.* Intelligi po-
sum §. test quod Hieronymum movit. Quod ipsa in canticis in-
30.*n*.3. venitur ter vocata. *Veni*.c.4.& in vltima vice: *Veni corona-*
veris. Et etiam invenitur ter vissa ab Angelis ascendens.c.
3. 6. 8. Vnde in vltima *resedit*, Textus enim iste absque
revelatione potuit sic congruè exponi. Quid igitur tædet
(13) Censores, quod Angeli adorent Dominam suam, cum
Luc. 2. adorario sit servitus? Cum illorum Dominus, *erat subditus*
(14) *illis*.i. etiam Joseph propter illam obediebat, potiore ra-
Ios 10. tione, quam *obediente Domino voci hominis.* Nec est di-
04. cendum, ius Matris non habuisse, dum non etat Mater.
(15) Nam in sententia securiore, iuxta Paulum Colos.1. Ange-
Col.1. *à* li sunt præservatione redempti, ab eo qui est, *primo geni-*
v.15. *tus omnis creaturæ; quoniam in ipso condita sunt vniuersa,*
(16) *in Cælis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sive throni,*
S. Bern. *&c. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est Principium.*
in lamēt Vnde ex tunc svpponit Matrem; & inde S. Bernard. illam
Virg. sententiam, cum alijs Patribus ferens, vocat illam: *Mater*
(17) *Angelorum.* & S. Aug. ait: *Antequam ipsam Deus crearet,*
S. Aug. *de qua ipse homo creatur, noverat Matrem.* Et Chrisol.
tract. 8. *Quando non Mater, quæ sæculi generavit authorem?* Ne-
in Ioan. que quod essent mille Angeli qui illam custodiebant, &
(18) adorarent (quod infra damnat sententia deputationis,
S. Chri- & censura) & est impietas, & fragilis fides, damnare vt
sol. serm. impôssibile concessum Matri Dei, quod concessum fuit
246. ad custodiendum Jacob, quando dixit: *Castra Dei sunt*
(19) *hæc.* Et ad custodiendum Eliseum; ad quem capiendum
Gen. 32. misit Rex Syriæ, *equos, & currus, & robur exercitus.*
2.
(20)
4. *Reg*. 6
14.

Et

Et dixit Eliſeus puero nuntianti. *Plures enim ſunt nobiſ-* (21)
cum. Et puer, *vidit, & ecce mons plenus equorum, & cur-* *Vega in*
ruum igneorum, in circuitu Eliſei. Qui ad nutum eius *Theolo.*
operati ſunt. Vnde P. Vega tradit authoritates SS. Bernar- *Marian*
di, Anſelmi, S. Getrudis, & Cartuſiani de multitudine An- *n.* 1514
gelorum, qui Virgini ſerviebant. S. Bernardinus, inquit: (22)
Aſſiſtebant enim illi inumerabiles multitudines Angelo- *S. Ber-*
rum in eius protectionem. Et de hoc Propheta ad Virginem *nardin.*
ait. Angelis ſuis Deus mand. de te, vt cuſtod. &c. Et S. Geor- *to.2.ſer.*
gius. *Oportebat, non vnum ſolum inſervire Angelum, ſed* *51.ar.3*
decies millia eam ſtipare. *c.1.*

(23)

§. 14. Quod autem adoratio eſſet in throno, quid *S.Georg*
obeſt Reginæ? Cur hoc eſt temeritas, & falſitas? Ratio *Nicom.*
non datur. Nam in hac expeditione, ſufficit pro ratione *de oblat.*
voluntas. Vox throni non adequat obiectum adorationis *Deiparæ*
latriæ, quod eſt Deitas. Quia Daniele aſpiciente: *Throni* *Dan. 7.*
poſsiti ſunt. Nam ſedes in Regno ſunt throni. *Et in cir-* 9.
cuitu ſedis. ſedilia vigintiquatuor, & ſuper thronos vigin- *Apoc.*44
ti quatnor ſeniores ſedentes. Inſuper ipſe Dominus ait. *ibi.*3.21
Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego
vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius. Cum ergo thronus nõ ſit materialis, nec poterat circunſcribere Deum, nõ infertur, aut ſpecificatur adoratio ex throno; & quamvis SS. Virginis collocatio immediatior ſit filio, quaſi in throno vno; optime Angeli diſtinguerent adorationem debitam: facilius quam poſſunt diſtinguere in vno Chriſto Domino adorationem Verbi, & humanitatis eius, pro vt eius, & aliter Verbi, vel humanitatis conſideratione ſimplici, diſiunctiva. Vt inquit D. Thomas. *Ita ſcilicet, quod* *S.Thom*
vna, & eadem perſona Chriſti adoretur adoratione latriæ, *3.p.q.*
propter ſuam Diuinitatem; & adoratione dulia, propter *25. art.*
perfectionem humanitatis. Denique dicendum idem *incorp.*
quod de Angelis, de Matre S. Anna dicente in alia propoſitione comdemnata. *Bienaventuradas las generationes que la vieren, y que podràn poſtrarſe à ſus pies, y adorarla.* n.181.



n.181. quia sequitur. *En esta oracion, y coloquios estava ocupada Santa Ana, despues de las inteligencias que avia recibido de este inefable misterio.* Si enim à Deo illa intellexit Verbum carnem assumpturum ex Matre, idem quod Angeli, suo modo sciebat: & quod digna adorationis esset ab omni creatura; quid mirum se desiderasse facere quod Angelis, nesciens matrem? Sed illa nata non fecit, quia Deus tantum permisit ei filiam interius venerari. n.328. Tota ergo censura ruit, quia solutio in omnibus non potest negari opinabilis; nec debet esse irresolubilis; sicut fundamentum censuræ, supponentis nullum sensum opinabilem, seu sanum esse, in damnata propositione, dabilem; vel ad credibilitatem revelationis possibilem.

ARTICVLVS 4. N. 112. LINGVÆ Gallicæ correspondens.

§. 14.

El Author hablando del Verbo Diuino antes de la Encarnacion, dize: Esta fue la primera vez, que el Verbo intercedió en nombre de la humanidad, delante del trono de la Diuinidad.

CENSVRA.

Hæc propositio male sonat in fide, & iniuriosa est Diuinitati Verbi. Et verum est quod male sonat, sed paucis verbis, absque ratione damnata, ne ratio detegeret falsitatem propositionis traductæ: quæ sic sonat quod Verbum petijt tunc primo, & postea pro sua humanitate, dicens: *Fue la primera vez, que el Verbo intercedió en nombre de la humanidad.* Ast litera Hispanicè dicit: *Esta fue la primera vez que el Verbo en nombre de la humanidad, intercedió por*

los

los hombres, ante el throno de la Diuinidad. Hoc bene sonat in fide: licet additum sit ibi. *antes de la Encarnacion.* Quod est. Non in tempore. Quia apud Deum præcognitus erat, *ante* mundi constitutionem. Et ipse Christus Deo præsens personaliter. Ante quam *Abraham fieret.* Vnde dicitur: *Aperiatur terra, & germinet Salvatorem: Ego Dominus creaui eum.* Ex eo quod, *prædestinatus est Filius Dei.* Iam creatus apud eum dicitur. Et mirum est quod in libro damnetur, quod plenius in scriptura præcedit: *Antes de la Encarnacion* in executione, constat illa postulatio. *Ego hodie genui te, postula à me, &c.* & postulanti *desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum, vitam petijt à te.* Ecce humanitas non existens, loquens, & petens in Verbo vitam, nō sibi, sed nobis. Cuius locutio non existentis, idem importat, quod Verbum loqui nomine humanitatis. Et quomodo loquæbatur in Verbo? Proprius quam nos in Spiritu Sancto. *In quo clamamus Abba Pater*: Non loquentes clamamus, sicut sanguis Abel, & Populus ante mare rubrum persecutus. Quoniam ipse *Spiritus adiuvat infirmitatem nostram* (supplens nostram ignorantiam) *Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* (quod ex censura sequitur. Propositio *injuriosa Diuinitati* Spiritus S.) Postulat autem ex glossa, vel extra nos, vt convertamur, vel in nobis manens, vt proficiamus: *Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus.* Vbi supponitur quod spiritus noster desiderat quod nescimus, vt postulemus: sed Spiritus S. scit hoc quod spiritus desiderat, & nescimus postulare: ideo postulat pro nobis. Ex quo intelligitur quod non absolute nescimus, vel scimus quod ignorantes desideramus. Vt glossa inquit: *Inenarrabilibus, quomodo enim enarraretur quando desideratur, quod ignoratur? Non tamen omnino ignoratur. Nam si penitus ignoraretur, non desideraretur.* Quod desiderium spiritus, tacite loquens,

Gloss. Rom. 8. 27.

nesciente carne, denotat synteresim, quæ est naturalis propensio ad bonum certum, & commune, simpliciter apprehensum; indita in suprema portione spiritus; inextinguibilis, & indelebilis, adhuc in inferno; quam Gerson vocat, semper Virgo. Vnde nequit consistere in actu, neque in habitu acquisito; nisi sit innatus, si detur; & salvatur in potentia. De qua DD. Thom. 2. d. 39. q. 1. art. 3. & p. 1. q. 79. Bonavent. 2. d. 39. q. 4. & 4. d. vlt. art. 2. q. 2. Gerson. p. 3. serm. de Natiuitate V. Mariæ, qui eam describit part. 2. de mistica Theolog. speculat. Scot. & Gabr. apud Altenstaig. v. Synteresis. Tota ergo natura lapsa, quis potuit petere pro ipsa, nisi caput eius, & capitis spiritus, in quo clamabat, ipsius naturæ, & omnium futurorum, Deo præsentium, ipsa naturalis spiritualis virtus appetitiva, à Deo indelebiliter insita, pro bono perdito? Ipsaque miseria, & necessitas comes? Hoc desiderium miserabile, videns Spiritus S. postulavit pro nobis; specialiter pro electis: *Quia secundum Deum postulat pro Sanctis.* (Rom. ib.) Sed verbum, in cuius humanitate natura integra prævidebatur, eadem propensione ardentius exitata, in eius nomine postulavit Parrem, & dedit illi gentes in hæreditatem, & possessionem; & sensu dicto, ipsa humanitate; cuius membra sumus, quam non, quia lapsa, repulit; sed sustulit, & in eo tota natura, *vitam petijt à te.* Et *desiderium cordis eius tribuisti ei,* Charitate infinita motus: (Rom. 5. 6.) *Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est?...Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, &c.* Vnde ait littera. *Esta fue la primera vez, que el Verbo en nombre de la humanidad intercediò por los hombres ante el Tribunal de la Diuinidad.*

§. 15. Prosequitur ibi litera hæc immediatè. *Y à nuestro modo de entender, el Padre Eterno confiriò esta peticion con las Personas de la SS. Trinidad.* Ecce amplius patet calumnia censuræ. Nam continuo prævenitur, quod

peti-

petitio, & eius conferentia non fuit materialis, vt nostræ rudi intelligentiæ refertur, neque vllo sensu, personalis, sed officiossa, & pia allegatio charitatis metaphorica, quæ tribuitur humanitati in Uerbo; quoniam *Advocatum habemus apud Patrem Iesum Christum.* Petitio namque à Verbo Trinitati proposita, sibi etiam fuit; sibi petijt, tribus petens. Et sic non est vnde arguatur iniuriosum suæ Deitati, sicut non est, quod dicat per Isaiam 48. *Dominus Deus missit me, & Spiritus eius.* Quatenus etiam seipsum missit; & Spiritus S. seipsum. Vt tenent Theologi cum Magistro. in 1. d 15. Neque *à nuestro modo de entender.* Sequitur iniuria, ex eo quod supponatur quod omnipotens vnus, proponat duobus, & sibi, quod faciendum est, & ipse solus, non potest velle, nec facere, qui cum ipsis duobus est vnus volens, & vnus omnipotens. Omneque decretum est obiective adextra, & commune tribus. (Nō autem apparet, ex censura recta Theologia injuriam Deitatis Verbi fuisse, asserere, *que el Verbo* (non suo nomine, nisi) *en nombre de la humanidad, intercediò por los hombres* (non ante duas personas, nisi) *ante el Tribunal de la Diuinidad.* Quod est Tribunal Trinitatis. Cur iniuria Deitatis specialiter Verbi, nisi supponatur ipsum Deum Omnipotentem per se personaliter potuisse petitionem expedire humanitatis, absque illo Tribunali? Et cur tunc Verbi, & non duorum, quorum ipsa vna est Deitas?) Insuper additur in litera *à nuestro modo de entender.* Vt intelligatur non verbalis, sed metaphorica locutio; sicut aliæ in scripturis. Vt docet S. Aug. super illud *Spiritus adiuvat. Secundum eandem locutionis figuram, qua dicitur Apostolis à Domino. Spiritus loquitur in vobis... adiutoriū igitur hic Spiritus Sancti expressum est, charitas enim, quæ per Spiritum Sanctum facta est in nobis, ipsa gemit, ipsa orat.* Vnde hæc littera intendit docere, nullum mansisse remedium in natura lapsa, nisi à Deo; quod si ipse non petijsset sibi, quis postulasset? Postulavit enim absque verbis,

S. Aug. in Gloss. Rom.

bis, sua bonitas radicalis, & formalis, charitas, misericordia, & atributa, quorum intuitio est ad extra. Sequitur falsum esse, quod iniuriosa sit Deitati Verbi: intercessio metaphorica, in nomine suæ humanitatis, pro hominibus, quorum est advocatus, facta, & collata, vt ita dicatur, nostro modo intelligendi explicata, inter tres Diuinas personas, & consequenter sibi etiam à se facta, & expedita.

ARTICVLVS 5.

§. 16.

Continet numerice quinque paginas 204. 229. 230. 231. 232. Non assignatis numeris, quibus gubernatur opus; & quia non correspondent folijs impressionis Hispanicæ: neque vlla verba ponuntur censura digna, sed folia vt sic damnantur, in fide Deputationis, ex cuius sententia ita sunt translata, & damnata, cum eadem indiuidua censura; pro evidenti calumnia omittitur. Nam cum tanta malitia celantur verba, vt dicat censura, quod sunt

Censura. *propositiones castarum aurium offensivæ.* Vt intelligatur quod causa pudicitiæ, hæc sola verba non referuntur; neque decet exhibere locum certum vbi legantur. Quod est nequissima impositio.

ARTICVLVS 6. N. 251.

§. 17.

Baxò adornada, y preparada para Dios, que la diò todo lo que quiso, y quiso darla todo lo que pudo; y pudo darla todo lo que no era ser Dios (hucusque facultas, sed sequitur in litera ibi) *pero lo mas immediato à su Diuinidad, y lo mas lexos del pecado, que pudo aver en pura criatura.* Huc attingit

git perfectus sensus. Hæc propositio specialiter tendit in puritatem immediatam Deo; quæ est, *lo mas immediato à su Diuinidad, y lo mas lexos del pecado.* Et hæc fuit puritas V. Mariæ inquit D. Thom. *Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit. Et talis fuit puritas B. Mariæ Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit.* (1) Et sic est immediatior Deo puritas, quia maior sub Deo. *Decuit vt ea puritate Virgo niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi* (2) inquit Ansel. cum aliqua sit maior sub Deo, maior illa nulla est, quia intelligibilis non est. Et cur nequit intelligi maior, nisi quia impossibilis supponitur? Et quare impossibilis? Quoniam impleuit puritas vas perfectissimum puræ creaturæ, Deo dante, *quanto pudo caver en pura criatura.* Cuius, non infinita capacitate exhausta intrinsece, recipiendi à Deo; exhausta est potentia Dei extrincese, illi elargiendi. Sed arguitur per consequens perfectissimum vas esse, idest summum (non naturaliter, quia non conceditur natura summa, sed accidentaliter) nempe illa *gratia plena*, vt ex ista plenitudine summa denominetur vas summum, & summe plenum, & necessario resultet puritas summe intensa. Neque obviat vas esse humanum, vt perfectissimum dicatur, idest aptissimum ad summam gratiam recipiendam. Vt patet ex facto, & ratione Scoti. 3. d. 13. q. 4. §. Præterea Angelus. Nam æque Angelus, & anima sunt receptivi accidentium supernaturalium, ad quod accidit eis distinctio specifica. Necessario autem supponit summa plenitudo, summum vas. Quomodo autem inferatur summum vas, ex summa plenitudine, cum oppositum ratione constet? Dicitur, quod moraliter, & æstimativè, eo quod ex gratia tali, fit vas æstimabilius Deo. Hoc est Dignitas moralis est, & gratia est. Nam extrinseca est Maternitas Dei naturæ, sed non plenitudini gratiæ. Est tamen dignitas Maternitatis gratia directa.

(1) *S. Thom. l. 1. sent. d. 3 ar. 3. ad tertium argum. & in go. Rom. l*

(2) *S. Ansel. de conceptu Virginali. & est apud Scot. 3. d. 3. q. 1*

recta in recto ad naturam,& carnem, vnde ipsum vas elevat, vt natura est , in tantum quod fundet relationem, quam terminat Filius Diuinus. Ex quo non solum vas summum,sed aliquomodo infinitum potest dici, ex dicto fundamento; vt inquit S.Thom. *Ad quartum dicendum, quod humanitas Christi ex hoc quod est vnita Deo; & Beatitudo creata, ex hoc quod est fruitio Dei; & Beata Virgo, ex hoc quod est Mater Dei, habent quandam dignitatem infinitam, ex bono infinito, quod est Deus. Et ex hac parte, non potest aliquid fieri melius; sicut non potest aliquid melius esse Deo.* Vnde sequitur quod sit summum vas puræ creaturæ moraliter, & etiam fundamentaliter, qua relativum est; sicut summum, & superius vas arguitur, quia non pura creatura, homo in Christo; eo quod fundat relationem substantialem, seu substantiæ ad substantiam , quam terminat Verbum. Ex quo est Altissimus, & summus homo singularis; & sic Mater in gradu creaturæ, ex Beda: *Nec primam similem, visa est, nec habere sequentem.* Quod etiã ait Bernardus, & ex connexione immediata,seu attingentia cum Deo, infert Angelicus Dr. quandam infinitatem in tribus creatis, vnione hypostatica, Beatitudine, & Matre Dei. Et quod *non potest aliquid fieri melius eis.* Et inde sequitur, factum esse in eis quod melius potuit fieri à Deo: Et nihil potest Deus eis addere boni , quo egeant. Quia esset melius, quod non potest fieri.

(3) S.Thom part. 1. ar. 6. q. 25.

Hoc etiam summum vas in perfectione , & ideo summæ gratiæ receptiuum supponit Scotus cum Magistro in Christo, credentes eum summa, idest tota posibili gratia plenum. Qui confutans aliam opinionem ; ait : *Contra. Augustinus 13. de Trinitate. c. 29. Summa gratia in rebus, per tempus ortis, est quod homo in vnitate personæ sit Deo coniunctus... Præterea Ioan. 3. non enim dat Deus Spiritum ad mensuram... gratia non ad mensuram est gratia summa possibilis... Item Magister in littera. Credendum est Deum tantam gratiam contulisse illi animæ, quantam potuit*

(4) Scot. 3 d. 13. q. 2. §. contra.

tuit conferre (& prosequitur Scotus) *tantam autem potuit conferre, quantam potuit creare.* Vnde hæc sequuntur, quod summa gratia est tota possibilis, & creabilis; & quod vas non potuit melius fieri, quam totius gratiæ possibilis capax, & quod Deus creans non potuit ad talem plenitudinem addere. Et quare non potuit, cum eius potentia post opus manet integra? Cur addere possibili, impossibile erit Deo? dicat ipse. Vbi inquirit. *Vtrum prima ratio impossibilitatis rei fiendæ sit ex parte Dei, vel ex parte rei factibilis?* Et inquit. *Quantum ad impossibilitatem dico quod illa non potest esse primo ex parte Dei ... quia ipsa est impossibilis propter repugnantiam eius vt fiat* (& infra) *Ad primum argumentum. Illa ratio Magistri* (probans scilict quod vniversum possit fieri melius) *tenet supponendo quod vniuersum possit esse maioris perfectionis capax, quia tunc melius fieret, si daretur sibi illa capacitas, quam sit sine illa capacitate. Vt si esset capax multorum aliorum. Absolute autem non tenet ratio magistri, negato isto: scilicet quod potuit melius fieri. Sicut nec sequitur, quod ignis manens ignis, possit fieri melior, si fiat capax intellectus, & voluntatis, quia non potest esse istorum capax.* (5) Bene sequitur quod data increatis summa capacitate vasis, & gratia plena, impossibile est quod melius fiat; quia melius quid est impossibile, nisi Deus. Terminum enim ab intrinseco habet capacitas creaturæ, non Dei potentia, sed illi repugnat, quod est vltra sibi possibile. Vnde summa gratia collata humanitati Christi Dom. est tota possibilis, & creabilis; & addere vltra possibile, impossibile est.

(5) *Scot. 1. d.43. q. vnic. §. aliter dico. circa med.*

Sed sicut comparatur dignitas Matris dignitati filij, suo ordine, & discretione fideli, in eo quod, *nihil purius esse potest in rebus creatis.* Et quod, *non potest aliquid fieri melius.* Comparanda sequitur in capacitate vasis, & plenitudine gratiæ. Vt in Euangelio: *Plenum gratiæ, & gratia plena:* Quæ est plenitudo summæ gratiæ; quasi per modum vnius gratiæ, & vasis, vnius massæ; correspondens

par-

participatio, vnitati, mutuo sibi, & distincte procedens. Nempe. Vna caro Matris participata filio; & vna gratia filij participata Matri: illa in natura materia; ista supra naturam: quia gratia est quasi fundamentum, seu metaphorica materia omnium formarum supernaturalium vitaliũ. Et dicitur summa in duobus, quia non sunt duæ, sed vna participatione extensa: sicut *duo in carne vna*. Vt ait S. Epiphan. in brev. Sept. 13. quia *Caro Christi est caro Mariæ*, ait S. Aug. serm. de Assumpt. & pro vnitate gratiæ passim citantur Damianus, Guerrico, & Carnotensis; quã elevant ad individuam, & identicam, fundati in verbis *gratia plena, Dominus tecum*. Sed formalius ad rem Hieronymus, exponens ipsa verba, inquit: *Talibus namque decebat Virginem oppignorari muneribus, vt esset gratia plena...& bene plena, quia cæteris per partes præstatur: Mariæ vero simul se tota infudit plenitudo gratiæ* (ecce plenitudo, quæ est in Christo, quæ *cæteris per partes præstatur*. Nam, *de plenitudine eius nos omnes accepimus*. Vnde prosequitur ibi) *Vere plena, quia si in Sanctis, & Prophetis gratia fuisse credatur, non tamen eatenus plena, in Mariam vero totius gratiæ, quæ in Christo est plenitudo, venit, quamquam aliter*. (6) Quibus verbis vtitur Bernardus. *In Mariã totius gratiæ plenitudo, quæ in Christo est, venit*. (7) Quam plenitudinem nullo modo distingui permittit, dicens: *Totius gratiæ, quæ in Christo est*. Neque in quantitate, neque in modo infusionis dispar. Quatenus, *simul se tota infudit*. Tamen *Quamquam aliter* venit i. in Christum à se, in Mariam ab illo: Ex quibus ab ipsa Sorbonæ facultate, in capite censuræ, gratia summa fatetur, nam talis est in Christo. Et consequenter debet fateri quod Deus qui *pudo darla todo lo que no era ser Dios*, per naturam; *ladiò todo lo que quiso, y quiso darla todo lo que pudo*; per gratiam. Cum dedit illi summam; quæ est in filio suo. Et quod non potuit magis dare, quia ipsa non potuit magis capere possibile sibi, licet sit *vas Dei capax, nunquam commaculatum*.

(6) *S. Hier. serm. in breu. in die concept.*

(7) *S. Bern. apud Episc. Cucharum in monument. f. 616.*

Ex Athanasio: *Vas admirabile opus excelsi*(8) vt, ex Eccli. 43. inquit Albert. Mag. (9) & summæ puritatis, ex ipsius verbis (quibus consonat S. Thom sup.) his. *Vas purissimum, absque rubigine culpæ originalis, culpæ actualis, & omnis pœnalitatis* (10) Est nihilominus *vas opus, &c.* cuius plenitudo exhaustam relinquit potentiam Dei; intrinsecè integra in se manente. Hoc indicat Sponsa dicens: *Oleum effusum nomen tuum.* Quod si effusum quæratur, invenietur apud mulierem illam, quæ *dixit ad filium suum, affer mihi adhuc vas, & ille respondit, non habeo, stetitque oleum* (11) data plenitudine, oleum stetit, nõ defecit, sed vasis fœminæ capacitas, de cælo plena, nomine filij. Vnde dixit. *Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Hoc est. *Lo mas immediato à su Diuinidad, y lo mas lexos del pecado, que pudo aver en pura criatura.* Quam immediationem Euangelicam esse, etiam patet. *Verbum erat apud Deum*, & *invenisti gratiam apud Deum*; apud, in Vocabul. Ecclesiast. *Significat id quod cum: secundum Theophi. vt Ioan. 1. Verbum erat apud Deũ.* Ergo cum Verbo secundum carnem. Et clarius S. Antoninus: *Invenisti gratiam increatam*, & ibi. *apud Deum, sicut filius dicitur esse apud Patrem, propter identitatem naturæ, quia eiusdem naturæ: sic Maria gratiam invenit; vt sit apud Deum, scilicet filium: quia scilicet eiusdem naturæ cum eo, secundum humanitatem, qua est vnum cum Matre, sicut in Deitate, vnum cum Patre.* (12) Sed obviat sequens

(8) *S. Athan serm. in descript. SS. Deiparæ.*
(9) *S. Alb. Mrg. super missus est. c. 197.*
(10) *Idem in Mariali serm. 1. v.*
(11) *4. Reg. 4 6.*
V. apud.
(12) *S. Anton. in 4 p. tit. 15. c. 15. §2*

CENSVRA.

§. 18. *Cum ea dona Deus Beatissimæ Virgini contulerit, quæ secundum ordinem sapientiæ suæ, ipsi conferre decebat; & in Euangelio manifestum sit, Deum non omnia ei contulisse, quæ conferre potuit. Hæc propositio falsa est, temeraria, & Euangelicæ doctrinæ contraria.* Et est ad literam translata sententia deputatorum. Omissis exem-

 pla-

pluribus, in ista posſitis. v.g. *Impassibilitatem, cognitioni omnium,&c.* quæ Deus non dedit Virgini. Hæc propositio. Nempe, *quiso darla todo lo que pudo*. Sed quia in litera est modificata; *pero lo mas immediato à su Diuinidad, y lo mas lexos del pecado,&c.* Non loquitur censura cum ea, quam ponit absoluta, quæ est sufficiens ratio solutionis. Cum in sensu integro eius, Catholica sit. Vt late manet probatum. Et hæc solutio datur quia verax, & formalis; non quia necessaria, vt salvetur propositio, eo modo, quo damnata est. Non solum quia dedit quantum potuit Deus Virgini in linea puritatis (qui est sensus in recto propositionis, & probatum verum, cum ipsa Sorbona, quoniam dedit ei gratiam summam posſibilem, & creabilem, quod datum est *lo mas immediato à Dios, y lo mas lexos del pecado, que pudo caver en pura criatura.* Intellige bis, puram nec Diuinam, nec coinquinatam: quia per gratiam summam, summè intensa est puritas, quæ *intenditur per recessum à contrario*) sed in omni bono, *que pudo caver en pura criatura.* Et cum hæc doctrina non sit ignota, sed apud Doctores tradendos, qui sciunt Euangelium, impie est damnata; & falsum dictum quod *in Euangelio manifestum sit, Deum non omnia ei contulisse, quæ conferre potuit.* Quia non datur, nec dabitur talis textus. Et solum impia voluntas, quæ gratis non potest ferre tantam excellentiã, & laudem Matris Dei, potest præsumere manifestum, quod pijs est oppositum, in Euangelio. Et licet aliquibus saltem Doctoribus esset oppinabile, in sano sensu, qua conscientia, vel ratione, sive Theologia, vel iure, publicè, & spontè damnatur? (Et passim noto, quod hæc propositio, pluries calumniata est olim, ab adversarijs simulatis immunitatis conceptionis passivæ Virginis; quia cum ad hoc privilegium, non posſit negari potentia Dei; nec misterium potest negare, qui non neget quod Deus dedit Matri quantum potuit: & ex dolore tacito huius particularis, negabant illam vnniversalem. Attende modo ad censu-

suram. Quia particularem non potest negare, ex instituto, & tamen non est in corde censoris; abstulit à propositione partem contrahentem illam ad immunitatem, quæ est *lo mas lexos del pecado.* Et reliquit illam vniuersalem, in qua est fundamentum particularis, vt illam sicut falsam posset damnare. Do exemplum ex veteris, in Ludouic. Carvajal. Ordinis Minorum, de quo detulit hanc propositionem vniversalem: *Christum impartitum fuisse Virgini, quicquid ei potuit communicare* (1) quidam oppositus publicus misterio dictæ conceptionis, inter multas propositiones, ex illius libello Conceptionis; qui, compulsus per Prælatum, respondit solemniter, latissime, & amplissime. ibi pro huius censura vide.)

(1) *Ludov. Carvaj. in exclamatione pro concept. obiectio. 4. in monument. antiq. Seraph. vide infr. §. 24. n. 12*

Solum autem illative potest ex Euangelio extrahi hoc dictum *manifestum* (& multos errores sic potest quis) sed falsa illatione, & curva inteligentia, v.g. in ipsa demonstratione deputatorum. *Impassibilitatem, cognitionem omnium.* Optime extrahitur ex Euangelio, hoc non dedit Christus Matri. Inde infertur. Ergo non dedit ei omnia quæ potuit. Hoc videtur manifestum impio: & pius negat consequentiam (cæca pietas videt plus, quam oculata duritia) ait vero arguens. Per te non dedit hoc. Per te dedit omnia quæ potuit: ergo non potuit dare hoc: conceditur consequentia. Et ad rationem præmitto. Qualiter non potest Deus ordinatè, seu iuste secundum Magistrum i. iuxta leges ordinatas æternaliter, quod potest absolute. quæstio est communis, & trita. in 1. d. 44. & Altenstaig. tradit circa hoc copiam Doctorum. Ait tamen: *Potest Deus quicquid posse potentia est. Nunc autem peccare, infirmari, deficere, non est posse, sed est non posse. De quo videas Magistrum, & Gabriel. d. 42. q. vnic. ar. 3. li. 1. & D. Bonav. ibi. q. 2. Potentiæ quoque Dei infinitæ repugnat quicquid est indecens, incongruum, secundum illud Anselmi. Cur Deus homo. Minimum inconveniens est Deo impossibile... sic nihil potest Deus, quod non potest ordinatè.*

(2) *24. n. 12 Altenst Vocabul Theolog. v. posse.*

Vt dicit. S. Bonavent. d. 43. *li.* 1. Ipsa censura, sibi modo res-pondebit. *Cum ea dona Deus Beatissimæ Virgini contulerit, quæ secundum ordinem sapientiæ suæ, ipsi conferre decebat* (ex hoc falso sequitur) *& in Euangelio manifestum sit, Deum non omnia ei contulisse, quæ conferre potuit, &c.* Ex duplici capite oritur falsitas. Primo, quia contulit ei omnia ordinata ab æterno, *secundum ordinem sapientiæ suæ.* Non ergo potest constare ex Euengelio, *non omnia ei contulisse quæ conferre potuit.* Quia illa quæ contulit, sunt omnia quæ potuit. Nec vltra à se ordinata, potuit hoc, vel illud conferre. Quia hoc esset extra ordinem. *Et nihil potest Deus, quod non potest ordinate.* Quod explicat Scotus. *Potentia tamen ordinata non dicitur, nisi secundum ordinem legis universalis, non autem secundum ordinem legis rectæ, de aliquo particulari. Quod apparet ex hoc; quia possibile est Deum salvare aliquem, qui tamen morietur in peccato mortali, & damnabitur: non autem conceditur posse salvare Iudam, iam damnatum.* (3) Ratio est. Viator non attigit finem decreti, & sic ordinate flectitur ad contraria, vsque ad actum perfectum; aut consummatum; non sic in damnato, consummato fine decreti; quo peracto non potest aliter, vel magis, aut minus fieri absque mutatione. Sed, vt ait Liquetus ibi: *Voluntas Diuina non potest statuere oppositum illius, quod prius statuit ... hoc enim non posset esse sine nova determinatione voluntatis.* Vnde sequitur quod illa quæ potuit Deus conferre Virgini, sunt illa quæ *secundum ordinem suæ sapientiæ* conferre decreverat, & contulit; & dum hæc collata conceduntur, certum est quod aliqua alia non dedit ei: & etiam quod non potuit. Dices tamen quod saltem quando decrevit, noluit dare Virgini tale bonum, quod ideo non potuit actu dare. Negatur consequentia; imo & suppositum, quod causa tunc negativa, esset nolle simpliciter. Ratio est, & simul secunda falsitas, seu implicatio censuræ. Dicit enim *Cum ea dona Deus Beatissimæ Virgini contule-*

(3) *Scot.* 1. *d.* 44. *q. vnic.* §. *dico.*

(4) *Liquet. ibi.*

tule-

tulerit, quæ secundum ordinem sapientiæ suæ ipsi conferri decebat: Ergo alia non conferre, non fuit quia noluit simpliciter; cum non decrevit secundum ordinem solius potentiæ, sed simul sapientiæ; quod est verissimum. Non noluit potenter; sed non voluit sapienter, regulans quæ *ipsi conferre decebat*. Hæc autem concedit censura, quod *contulerit*. Non ergo stat dicere, quod alia etiam conferre decebat; quando sapiens potentia contulit quæ decebat; quia hoc non esset absolutè verum: nec perfectum opus. Ergo alia, vltra collata, conferre non decebat: neque Deus potuit in decreto velle, quod actu conferre non decebat. Quia congruum non erat, & inconveniens erat, contra quod Deus non potest, ex dictis: *Potentiæ quoque Dei infinitæ repugnat quicquid est indecens, in cõgruum, secundum illud Anselmi, minimum inconveniens est Deo impossibile*. Et etiam quod *in Euangelio manifestum sit, Deum non omnia ei contulisse, quæ conferre potuit*. Quia contulit quæ decebat; & nunquam potuit, quod non decebat.

§. 19. Patet ex inconvenienti, quod esset in congruum, & non decebat. Ex ipsis exemplis allatis. *Impassibilitatem, cognitionem omnium* (alia plura opposuerunt Ludovico Carvajalo, nuper citato, vide apud eum omnium vniversalem, & latam solutionem ibi.) Redemptor passibilis, & redempta impassibilis, discnum, & in congruum esset: & incompatibile cum affectiva, effectiva, & assimilativa charitate; vniformique, & organica vitalitate Spiritus, inter caput, & membrum; & tale, datum in adiutorium; & quod passurus, carnem impassibilem acciperet. Omnia enim gratuita, quæ Christus non dedit humanitati suæ, quia incompatibilia cum munere accepto Redemptoris; mediatoris, Magistri, Capitis, & ducis, fuerunt simul in congrua in Matre. Vt de vtroque simul discurrit Gerson: *Christus dare potuit multas gratias humanitati suæ, & dilectissimæ Matri suæ, pure gratis, quas tamen*

men actualiter, & de facto non contulit. & oppositum assere re, est falsum, & temerarium, imo & hæreticale: Patet hæc secunda pars. Quia Christus potuit ab vtero matris suæ dare de potentia absoluta, impassibilitatem humanitati suæ qualem habet de præsenti; similiter & matri suæ, saltem post conceptionem benedictæ prolis; & constat, certa fide, quod neutrum fecit. (1) Sed continuo occurrit inconveniẽs ex redemptione, quia non esset compatile cũ hoc decreto, & ideo non ordinate ageret, & sic non potuit. Quod verò dicit, *potuit*, hoc est, quod nulla necessitate fuit operatus: sed de potentia absoluta potuit aliam legem condere, & tunc ordinate operaretur aliud, secundum illam. Vt inquit Scotus infra. Insuper vltra dicta; privaretur SS. Virgo merito personali, & corona iustitiæ. Et ex cognitione omniũ, merito fidei, & humilitatis, ex quibus præcipuè prædicatur Beata: *Beata quæ credidisti.* Et *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc Beatam me dicent.* Non enim existimaret se Ancillam, si sciret *Quo modo fiet istud?* Vnde pro maiori honore, gratia, & gloria (in Christo accidentali) non fuerunt collata aliqua bona in vita humanitati Christi, & Matri. Patet etiam de Christi passibilitate. Quia *semetipsum exinaniuit*, & *humiliauit. Propter hoc & Deus exaltauit illum.* Et Matrem. Quia habebat *humilitatem ancillæ.*

(1) *Io. Gerson. p. 4. tract. de susceptione humanitatis Christi veritate. 15.*

Ex quibus exurgit verus, & Catholicus sensus. In quo dedit Deus Matri omnia bona absolute, & de facto, quæ potuit: Quia illa, quæ actu phisicè non contulit; non abstulit, sed distulit minora, vt alia maiora conferret in gloria, vel ipsamet, si ibi compatiantur. Et etiam maiora in vita; Nam appretiativè, maiora bona vitalia sunt virtutes hæroicæ, cum magna gratia ad merendum, quam honores, & commoda, quæ sunt partialiter premium: sed incompatibilia in hoc statu, qui est totus meriti, & futurus premij. Et adhuc illa maiora collata in vita, æstimativè continent minora non data: *Plus semper in se continet, quod*

Regula 36. in 6.

quod est minus. Imo continent maiora cælestia: vt privatio vitæ in martyrio, vitam æternam virtualiter. Ideo nullo bono supponitur Christus in via privatus absolute, cum Pater *Omnia dedit ei in manu eius.* Et ipsa omnia nobis data sunt in eo. *In ipso* (inquit D. Thom.) *filio Dei omnia existunt, sicut in primordiali præoperativa causa: vnde eo tradito omnia sunt data nobis.* (2) Sed quis continet Christum, sicut Mater? S. Bonav. ait: *Qui continet omnia, continetur in ventre, vnde cantat Ecclesia, quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.* (3) Et quia non nobis datur sicut illi, potest anima iusti illum continere per accidens, illa per substantiam simul. Ex Beda: *Hæretici.... verum consubstantialemque Matri, filium hominis fateri nō debere dixerunt.* (4) Ex qua naturali summa continentia conceditur non caruisse aliquo dono, & excellentius, quod ex thesauris Christi participant singuli iusti, etiam martyrium, eminenter. Ex Bernard *Quicquid alijs, licet purissimis est concessum, non est credendum gloriosæ Virgini fuisse negatum.* (5) Et S. Antoninus clarius, & generaliter concludit intentum: *Beatam Virginem habuisse potestatem Papalem, & omnia, quæ alij Sancti habuerunt, virtualiter.* Inquit, & postea: *Quia anima Christi carni fuit vnita in vtero Virginis, potest dici, quod ista plenitudo gratiarum, sine mensura, fuit in Virgine, vt dicatur gratia plena. Quia anima Christi plena summa gratia habituali, simul cum corpore, fuit in vtero Virginis. Sed etiam fuit Diuinitas: Ergo, &c.* (6) in ly. *Vt dicatur gratia plena.* Sanctificante intelligit. *Et summa gratia habituali,* qua est *anima Christi plena.* Sequens Hieronymum: dicentem. *Totius gratiæ, quæ in Christo est plenitudo.* Quem etiam sequitur in ly. *Plenitudo gratiarum, sine mensura.* Dicentem: *Bene plena, quia cæteris per partes præstatur, Mariæ vero simul se tota infudit plenitudo gratiæ.* i. gratiarum, cæteris præstabilis. Consonat cum S. Bernardo, nuper citato.

Et

Ioan. 3. 35.
(2) *S. Thom ad Rom.* 8. *super illo verb omnia nobis donavit.*
(3) *S. Bon. v. in comment. sup. Luc.* 11
(4) *Bed. li.* 4 *c.* 49. *in Luc.* 11
(5) *S. Bern. serm. de Nativi. qui incipit de gaudijs ad gaudia.*
(6) *S. Anton. part.* 4. *tit.* 18. *c.* 6. *ibi. c.* 18. *in monum. ant. Seraph. f.* 496.

Et magis cum S. Athanasio, qui dixit: *Gratia plena cognominata est, eo quod ad impletione Spiritus Sancti, omnibus gratijs abundaret.* (7) Et in ly. *Anima Christi plena summa gratia habituali cum corpore,* & Deitate *fuit in vtero.* Cum S. Bonav. vt sup. *Qui continet omnia continetur in ventre.* Quæ est vltima ratio in Virgine continendi omnia bona vel formaliter, vel virtualiter, illa plenitudine gratiæ, quæ in Christo est; quem continuit non tantum accidentaliter, vt communiter cæteri grati, sed singulariter; nec per partes; vt illi, sed plene substantialiter, naturaliter, totaliter, spiritualiter, & corporaliter. Ergo omnia Deus ei dedit in illo, non solum sibi, sed vt ipsa iure nobis daret; nam in eodem communi filio Pater, materque, *omnia nobis donavit.* Suo ordine; nam licet Pater solum Deum, materque Deum hominem genuit, quem dedit; accepit tamen ipsa, à Patre quod posset filium, sibi datum, gignere, & nobis dare; omnia quoque in eo.

(7) *S. Atha. in Euāg. de SS. Deipara Annūt. & incarnat. misterijs.*

§. 20. Non facile, ex dictis, potest fundari, quod non dedit Christus Matri omnia quæ potuit, formaliter, aut virtualiter: & quæ non dedit: non potuit; quia in congrua, sive non decebant, aut incompatilia erant cum maioribus, quæ decebat, & congruum erat ei conferre; vel forte dignitati suppositæ annexa erant, aut supposita decreto electionis, aut privilegijs, & rationibus illi concernentibus. Sicut philosophandum est, servatis servandis, de anima Christi, cuius est radicaliter, & eadem plenitudo Matris, *quia omnia dedit ei Pater in manus*, quod non dicitur tantum, vt Deus est; nam in generatione nihil adextra dedit, neque dabile supponitur, omniaque adextra in manu Trinitatis sunt; sed vt Deus incarnatus supponitur. Ex quo omnis Doctor supponit in eo summa gratiæ plenitudo; non vt dicitur de S. Stephano, *plenus gratia* Quia ipse cum cæteris, *de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Et sic erit illa plenitudo talis gratiæ, seu doni, i. partialis, quæ secundum Hieronymum *per partes præstatur.*

Ioan. 13. 3.

Et

Et sola ipsa met gratia plena, est summa; quæ nulla gratiarum posibilium caret; & ideo abundans, vt omnibus maximis, & minimis repleat membra Ecclesiæ. *Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donavit.* Quod si maxima, & pretiosa quæque contulit Christus animæ suæ formaliter, debet credi nullum minus bonum noluisse conferre, etiam formaliter (virtualiter supponitur) si posset, seu quod idem est, si non esset inconveniens. Minimum enim *est Deo impossibile.* Ex Ansel. sup. Nec potest ordinate aliter agere; potest autem absolute, si alia lege, & providentia, tolleret in conveniens: Vt ait Scotus: *Sicut potest aliter agere, ita potest aliam legem statuere rectam .... Et tunc potentia eius absoluta, non se extendit ad aliquid aliud, quam ad illud quod ordinate fieret, si fieret. Non quidem fieret ordinate, secundum istum ordinem, sed fieret ordinate secundum alium ordinem Quem ordinem ita posset voluntas Diuina statuere, sicut aliter potest agere.* 2. *Pet.* 4. *Scot.* 1. *d.* 44. *q. vnic.* §. *sed quãdo.*

§. 21. Cum ergo *totius gratiæ quæ in Christo est plenitudo*, est in Maria, ex Hieron. sup. §. 17. n. 6. & hæc summa; de qua probatur in Christo, omnia dona, quia gratiæ sunt, & gratuita, posibilia, aut creabilia, includere, ex Scoto sup. §. 17. n. 4. atque ipsam summam fatetur in Maria facultas Sorbonæ. Optime sequitur. Primo, quod Deus dedit illi, *lo mas immediato à su Diuinidad, y mas lexos de el pecado, que pudo caver en pura criatura.* Qui est finis, & clavis sensus propositionis damnatæ, exclusus in censura. Et ideo, *nihil purius esse potest.* Neque *aliquid fieri melius* illa, ex D. Thom. sup §. 17 n. 2. & 3. Secundo. Quod Deus, *la diò todo lo que quiso; y quiso darla todo lo que pudo; y pudo darla todo lo que no era ser Dios.* Quæ est propositio damnata. Siquidem, illa quæ non dedit Christo, & Mariæ, potuit certe dare *de potentia absoluta.* Ex Gerson. §. 19. n. 1. & quia dixit de *absoluta*, de ordinata supponit, non potuisse. Vt ex suis verbis patet. Et est dicere, quod alia providentia potuit; sed non in ista ordinata; quia *nihil*

 hil

hil potest Deus, quod non potest ordinatè. Ex D. Bonav. §. 18.n.2. At ipsa quæ non contulit formaliter, contulit virtualiter. Ex D. Antonino §.1.n.6. vel contulit eminenter, ex dictis §.19. cum Regul. 36. Licet enim Deus fecit illud vas, quod *purius*, vel *melius* non potest fieri; fecit tamen illud capacitate finita; quia, *pudo darla todo lo que no era ser Dios*. Et sic, per aliquod inconveniens, ex parte, non Dei, sed vasis, non potuit capere formaliter, quantum omnipotentia eminenter. Vnde dixit ex Scoto Liquetus: *Quæcumque repugnant, suis rationibus repugnant.* (1) i. non à Deo oritur repugnantia. Vnde quod de S. Petro Apostolo traditur, dicente de B. Virgine: *Quod omne bonum sibi collatum fuit.* (2) Intelligitur: Omne possibile sibi, & compossibili modo: sicut humanitati Christi: Formaliter, aut virtualiter.

Sed quia dicit censura: Quod, *in Euangelio manifestum sit Deum non omnia ei contulisse, quæ conferre potuit.* Desiderabile manet scire; qua regula mensi sunt verba de Maria in Euangelio, vt respondere possimus Ven. Mariæ de Agreda, sciscitanti, in simili dubio. *Quien esto pensare, está obligado à medir la Santidad de esta Señora de las virtudes, y dezirnos quanto sobran estos favores, de la regla conque mide.* (3) Apud S. Antoninum nuper citatum, est in Maria, *plenitudo gratiarum sine mensura.* Apud S. August. hæc plenitudo est omne bonum, quod non supponit mensuram, sicut in Christo. *Mox vt Virgo in mundum, per generationem venit perfectè omnis boni virtute splenduit.* (4) Apud S. Anselmum, mensura Virginis est omne possibile bonum, quæ mensura nostrum intellectum excedens, solum est apud Diuinum: *Rogamus te Domina, per ipsam gratiam, qua te pius, & omnipotens Deus exaltauit: & omnia tibi secū possibilia esse donauit, quatenus id apud ipsum impetres, &c.* (5) Et audiens Petrus Comestor SS. Virginem *Omnia possibilia esse.* i. bona: (6) Cecinit decem carmina, omnes creaturas singulatim referens, quæ si om-

(1) *Liquet. sup. Scot in 1. d. 44. q. vni. §. sed quando: sed citas hæc verba Scoti. 1. d. 2. q. 1.*

(2) *S. Petr. serm. in transitu Virg. apud B. Amadeũ in sua Apoc raptu 8. in Bibliot. Mariana, & apud Hypol. Marrac. in Apostol. Marian*

(3) *Mater de Agreda, part. 3 n. 672.*

(4) *S. Aug. serm. de Natiuit. Virg.*

omnes linguæ essent, non possent exponere, quid, & quanta sit: *Si fieri posset, quod arenæ, puluis, & vndæ, &c. linguæ cunctæ forent, minime depromere possent, quæ sis, vel quanta, ò Virgo, &c.* Isti Patres Ecclesiæ qui nullum bonum possibile à Virgine excludunt, quomodo mensurarunt, vel legerunt Euangelium, quia non viderunt quod manifestum est in illo; sicut lynces censores? Dicendum est quod legerunt, sed non mensurarunt, quia comprehendere non potuerunt, quæ in eo dicuntur de Virgine; sed quia eius excelentia, ex verbis Euangelicis, exceluit mentes eorum; agnoscentes eam supra omnem creaturam, consequenter agnoverunt, quod omne creabile bonum debebat superare, attingens substantiam Creatoris, & bonum infinitum. Vnde intulerunt, solum impossibile posse esse metam suæ quantitatis; supponentes eam in apice totius creabilis, quod est totius possibilis. Et hac confusa, & in distincta conclusione, licet certa, & fundata, expedierunt difficultatem, nescientes discretive, quid sit, vel quantum illud possibile, quod capiunt, & celant verba Euangelij. Quis enim homo mensurare potuit illa, quæ Deus *fecit magna qui potens est*, quanta, & qualia sint? illa *gratia plena*; quo ascendit, inuenta *apud Deum*? Quantum extenditur, & intenditur benedictio, qua sola in natura est *benedicta inter mulieres*? Quam magna illa felicitas qua *Beata* est quia credidit; qua laudabunt eam *Beatam omnes generationes*, quæ fuerunt, sunt, & erunt? Quam intemerata, & pura illa caro cuius est vnicus in natura *Beatus venter*? Omnia hæc possent aliqualiter scrutari, si divisa existerent, sed simul, & in ea, quæ est *Mater Iesu*, vera, naturalis, & sola genitrix, quia virgo; quis hominum attigit, ex Euangelio, tantam magnitudinem, vt eam mensuret? *Vnus est Altissimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus: Ipse creauit illam in Spiritu Sancto, & vidit, & dinumeravit, & mensus est.* Cur ergo Doctores, qui

(5) *S. Ansel. li. de excellentia Virg. c. 12.*

(6) *Pet. Comestor. ap. Ioan. Vitalem Minorit Doct. Parisieſ. in monum. ant. Seraph.*

Eccli. 1. 8.

qui pulvis sunt, & illa cælestia verba non valent perspicere; neque numerare quot, & qualia dona, ac priuilegia, claudunt, imponunt temerariè Euangelio falsum testimonium, & Spiritui Sancto dictanti; dicentes quod *in Euangelio manifestum sit, &c.* non audentes asignare vbi est manifestum? Quia nec vnquam asignabunt; cum neque tota Ecclesia tale vnquam invenit. Quod & si esset sic, solum esset manifestum Deo, nobis minime est: Ast nobis solum manifestum est vt sic, quod omnipotens non ei negavit suam met substantiam; imo eius substantiam appetijt sibi, & assumpsit. Quis inde fidelis, qua veritate, quo iure, damnare audebit, vt imposibile, & certè falsum, absque vllo sano sensu excogitabili (alias nihil in Ecclesia damnabile est, sed distinguibile) quod aliquod bonum decens, & compatibile, ac minutisimum respective (quicquid sit) potuit ordinate (hoc enim solum potuit) & non dedit? Hoc tamen, vt dictum est, non pugnat contra propositionem integram, quæ formaliter in linea puritatis loquitur. Quo sensu, non posset damnare facultas, concedens summam gratiam, in SS. Virgine, quæ omne peccatum excludit; nec esset summa sibi, si post peccatum veniret; ideo propositionem diuiserunt, quam in communi damnarunt; non potentes ferre tantum conferre.

ARTICVLVS 7. N. 252.

§. 22.

Parum distat in substantia litera Hispanica, à Gallica. Censura damnavit, quod dicat. *Con la fuerça de la verdad, y luz en que veo estos inefables misterios, confiesso vna, y muchas vezes, que todos los privilegios, gracias, prerrogativas, favores, y dones de Maria SS. entrando en ellos, el de ser Madre de Dios, segun, y como à mi se me dàn à entender, todos*

todos dependen, y se originan; de aver sido immaculada, y llena de gracia en su Concepcion purissima; de manera, que sin este beneficio parecieran todos informes, y mancos; ò como vn sumptuoso edificio, sin fundamento solido, y proporcionado. Hæc propositio comprimit corda infirma circa misterium Conceptionis, eadem ratione, qua præcedens; quia Maternitas non potest negari: Si autem ita connexa est immunitati, dicet quis, hanc intus non credens; durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

CENSVRA.

Quamvis facultas Theologiæ Parisiensis tenuerit, & teneat, SS. Virginem fuisse, in sua conceptione à labe originalis peccati præservata; tamen hæc doctrina, quæ dogmata de SS. Virgine ad fidem pertinentia, vt Dei Maternitatem, & perpetuam Virginitatem, pendere asserit, à sententia, quæ de fide Catholica non est; & ita pendere, vt alioqui fundamentum solidum non haberent, falsa est, temeraria, & *fidem in Concilijs stabilitam infirmans.* (hæc censura, seu sententia quatuor deputatorum, quorum fuit, vt ex terminis patet, applicata est, cum alijs facultati.)

§. 23. Huius difficultatis scrupulum est dependentia misteriorum inter se. Quatenus Maternitas est de fide, & non immunitas. Insuper vrget quod Maternitas videtur in Virgine, quasi obiectum attributionis omnium gratiarum, & vt inquit Aureolus: *Maxima gratia post gratiam vnionis* (1) hypostaticæ: vnde non potest dependere à minore, sed è converso. Et quia hoc secūdum est minus principale respectu censuræ, circa idipsum ante omnia advertitur quod in ipso libro damnato, adest nota 24. plenissime satisfaciens. Primo, quia intentio scribentis est ipsamet expressa. part. 2. n. 578. dicens: *Entre algunas excelencias raras, y beneficios de Maria purissima, el primero es ser Madre de Dios, que es el fundamento de todas; el segundo*

(1) *Aureol. in 3. d. 3 q. 1. art. 7. de sanctificat. Virg.*

gundo es ser concebida sin pecado, &c. Et quare sit fundamentum Maternitas clare indicat in hac prima parte n.42. 55. & seqq. Secundo, quia late probat ipsa nota, doctrina communi, Maternitatem dependere ab innoscentia in linea executionis, licet in intentiva sit è contra. Tertio in linea congruentiæ, & decentiæ; quia esset in ordinatum opus sapientiæ facientis sibi domum, magnam illam facere, cum falso fundamento; quo exemplari probat hic litera; & idem probat in nota, eodem exemplo s. Anselmus, dicens: *Propone tibi Palatium... fundamentum invalidum, &c.* vide ibi. Et vltimo est hic vicinior literæ sensus, vt sit dependentia illa secundum quid, & negativa. Quia si non esset pura, non esset mater, Et est iuxta Euangelium. Quia Christus est sapientia, & vir sapiens, *qui ædificauit domum suam supra petram.* i supra se. Quod si misticam ita ædificauit, secundum Apost. Ephes. 2. potius naturalem. Ideo fuit conditio sine qua non, vt patet, in Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano, veni Sponsa mea, veni coronaberis.* Sive ad existentiam, sive ad concipiendum, vt Sponsa; sive ad Coronam vt Regina, vocatur; primo testatur tota pulchra, & sine macula: *De ipsa Salomon... veni de Libano... quia Libanus candidatio interpretatur.* (2) Inquit Hieron. candida vocatur, vt innocens, vt Virgo, vt Mater. Puritas ergo supponitur æstimabilior filio, qui audiens *Beatus venter, &c.* dixit: *Quinimo Beati qui audiunt Verbum Dei, & custodiunt illud.* Ideo Augustinus: *Beatior fuit Maria concipiendo fidem Christi, quam carnem Christi.* (3) Et Petrus de Candia, alias Sixt. 5. textum intelligit de Conceptione, dicens: *Vt debitas valeamus gratias reddere infinitæ omnipotentiæ, in Conceptione Mariæ, dicente Iesu Christo quinimo beati, &c. Maria virgo beatior in corde Christum gestando, quam in alvo gignendo* (4) vbi gestare supponit ab origine. Elisabeth autem verba Christi, cum Spiritu eius, confirmans in Matre, dixit: *Beata quæ credidisti.*

(2) *s. Hieron serm. qui est in die Concept.*

(3) *S. Aug. quem citat s. Bonav. in Breu. die 15. Decemb.*

(4) *Petri de Candia. Sixt. 5. serm. de Concept.*

Cum

Cum dicere posset. Quæ concepisti, aut portas. Rationem dat Carvajalus, ex Apostolo, vt præferatur gratiæ conceptus, conceptu formali Maternitatis. *Si linguis hominum loquar, &c. si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Vnde in persona Virginis, ait. *Contende me nunquam fuisse Matrem Dei, certe impia non sum... tolle vero gratiam... certe impia sum.* Sed & clarius Augustinus. *Hoc in ea magnificavit Dominus, quia fecit voluntatem Patris, non quia caro genuit carnem* (5)

Est tamen maior ratio dependentiæ in Maternitate ab immunitate originis, quam dictæ omnes, licet Maternitas sit maius donum, & propter illam sit gratia originalis concessa, & non è converso. Et præmittuntur aliqua exēplaria, quæ collegit Liquetus ex litera Scoti. De fruitione. *Licet ergo homo sit nobilior fruitione... tamen est ignobilior in quantum perficitur ab ea accidentaliter.* Define. *In quātum est id ad quod ordinatur medium, est nobilior: sed in quantum producitur à tali medio, est ignobilior... de virtute, respectu Beatitudinis naturalis: ipsa enim beatitudo, cum sit principaliter bonum commodi, est ignobilior virtute, quæ principaliter est bonum honesti. Hoc patet ex Doctore. in 2. d. 36. & in 4. d. 46.* (6) Patet ex his, quod licet Maternitas sit nobilior gratia originis, sicut finis nobilior medio, vel homo fruitione: tamen prout producitur, seu perficitur accidentaliter Maternitas à gratia ipsa, est ista nobilior. Ita vt sicut non est dabilis talis Maternitas, non perfecta; sic nec dabilis est absque gratia originali, qua perficitur. Si dubites cur perficitur à gratia originali precisè. Observa dictum, & ausculta dicenda alia principia Scoti.

(5) *Ludov. Carvaj. in exclamatione pro concept. c. 8 S. Aug. 14. in brev. lect. 9.*

(6) *Liquet. in q. 4. Prologi Scot super §. aliter dicitur. li. i. num. suo 8. & 9.*

Quarto quæritur. Vtrum anima Christi potuit summè frui Deo, sine summa gratia? Quod non: quia gratia requiritur ad actum meriti in via, ergo ad actum fruitionis in Patria (& probat) *Præterea alioquin posset aliquis esse summè beatus sine charitate, quia posset summe frui. Præterea.*

Sicut

Sicut ad operari naturaliter, requiritur esse naturale, ita ad operari supernaturaliter, requiritur esse supernaturale: ergo ad summum operari summum esse. Illud autem summum esse habetur per gratiam summam. Ergo, &c. Contra. Non se habet summa gratia respectu fruitionis in aliquo genere causæ nisi efficientis. Patet discurrendo. Sed quicquid Deus potest facere per causam efficientem mediam potest facere sine ea: ergo summam fruitionem, &c. (7) Habes ex dictis quod *ad operari supernaturaliter, requiritur esse super naturale; & ad summum operari* (super naturale scilicet) *summum esse*, quod *habetur per summam gratiam*. Et quod actum huius potest supplere Deus se solo; quia causa secunda efficiens est. Quod intellige absolutè, non ordinatè; vt ex verbis sequitur, & clarius ex sequentibus, ibi. infra: vbi resolvit quæstionem: *Dicendum est, quod Deus potest supplere, actionem summæ gratiæ, vt voluntas sine illa posset secundum causalitatem suam agere ad summam fruitionem, Deo supplente actionem gratiæ, vt causæ secundæ. Tamen de potentia ordinata non posset voluntas Christi frui active, sive elicitivè summè, sine summa gratia. Quia ordinatum est, vt causa prima, quæ nata est habere causam secundam, non posset in effectum summum illarum causarum, sine illa actione causæ secundæ.* Quod ibi est satis roboratum. Tunc sic. Sed actus Maternus actiuus in Virgine est summus actus eficiens, in genere Maternitatis virginalis; est supernaturalis in carne, & etiam in Spiritu; activè, & elicitivè; quia constat in annuntiatione, ordinatum fuisse, quod ipsa, singulariter in mulieribus, conciperet sciens quid quando, & quomodo; & volens; & cum caro Verbo vnienda, ex æterno decreto infallibili, existeret actu in sua; adhuc reliquit Deus, in sua voluntate, & libero consensu, illud *fiat*. Volens tamen Deus, & efficaciter volens; sed per summam vnionem inseparabilem gratiæ confirmatæ (quæ fundat summam libertatem spiritus, & excludit omnem defficientiam) implens Diuinam

(7) *Scot. in 3. d. 13. q. 4.*

Idem ibi §. ad quartã quæst.

suam

ſuam efficacem voluntatem, in voluntate Virginis; explicans per Iſaiam ipſam re in nomine dicens: *Ego ſum Deus, & non eſt vltra Deus, nec eſt ſimilis mei: Annuntians ab exordio noviſsimum, & abinitio, quæ nec dum facta ſunt, dicens conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ, &c.* (8) Satis his, & ſequentibus declaratur *Ave gratia plena. Et vocabitur altiſsimi filius.* Et quomodo vocabit auem? inquit: *Vocaberis voluntas mea in ea.* Et ex vtroque oritur hic ſenſus: *Voluntas mea fiet*: ſed quia eſt *in ea.* In voluntatis eius *fiat*; *voluntas mea fiet.* Sed hoc neceſſario ſupponit ſummam charitatem, & gratiam; vt dictum eſt; arguens indefectibilem vnionem, qua ex duabus vna voluntas fiat, & hæc Dei, vt Mater re, & nomine ſit voluntas Dei. Vt eam nuncupat Guerricus: *Voluntas Domini.* Item. *Voluntas Patris quatenus eius volūtatem perfectiſsime faciebat.* (9) Et Cretenſis. *Voluntas bona Dei ad mortales.* (10) Et ſic ex ſumma fide, & charitate ſequutum fuit meritum ſummum; quo, licet non meruit ſuam electionem, meruit ſaltem de congruo, non de condigno, ſuum actum; & *concipere, & parere meruit.* Quò attingat meritum illud, videat quis, ſi capiat, ſed quia conſtat non eſſe quo vltra progrediatur, ſummum ſupponitur: vnde totus actus Maternitatis, activè, & elicitivè, materialiter, & formaliter, ſeu carnaliter, & ſpiritualiter, eſt ſupernaturaliter ſummus. Sed *ad ſummum operari ſummum eſſe* requiritur; & *ſummum eſſe habetur per ſummam gratiam* ex Scoto: Ergo taliter dependet Maternitas illa à ſumma gratia in conceptu, quod nec Deus poteſt ordinate illam ſupplere, quia non poteſt, ex ſua ordinatione, *in effectum ſummum* cauſæ ſecundæ, ſine actione illius. Quo fundamento negavit Scotus animam Christi potuiſſe ſummè frui, ſine ſumma gratia. Ex dictis verbis eius. Et ex exemplaribus dictis Liqueti, extrahitur ſequens; quod ſicut in voluntate eſt metaphorice maternitas

(8) *Iſai.* 46. 9.

62. 4.

(9) *Guerr. Abb. ſer.* 1 & 4. *de Aſsūp*

(10) *S. Andr. Cret. orat.* 1. *Annuntiat.*



tas, productiva ex se actus fruitionis, non tamen proximè reducibilis ad actum, absque gratia; cum voluntas sit nobilior, neque eius existentia gratiæ tribuatur, sed existentia gratiæ voluntati; & adhuc dependet voluntas à gratia necessario, ad producendam fruitionem; ita Maternitas Virginis dependit à summa gratia; non vt Mater posset esse, vel substantialiter gigneret; sed vt Mater virgo conciperet Deum hominem, carne, & mente.

§. 24. Dices modo, quod difficultas orta ex censura ahstrahit ab eo quod Maternitas dependeat à gratia, vel quod sit summa; sed quod sit originalis. Iam bene intelligitur quod hæc non est apud censuram difficultas, sed pondus, quod vt falsum, & imposible anathematizatur, exclusum à cordibus suis. Ast ad replicam respondetur, primo. Negando suppositum, quod concessa gratia summa, abstrahi posit ab illa, & non ab originali; quasi summa posit esse, absque originali. Quomodo summa, & tarda? Si autem suspicetur summa in se, ex quo insiuitur. Fallit suspicio. Nam gratia est talis respectu subiecti, quod gratum facit; & tantum gratum, quanta est. Nequit ergo summa esse, vel dici, si subiecto cui in hæret non est summa: nam implicat quod summa sit, quæ potest esse maior. Et sic non sapit verum, qui summam concedit, & originalem dubitat. Secundo. Quod rationalis difficultas stat in mera dependentia, à quolibet alio, cum omne bonum tribuatur in Virgine Maternitati; ideo, vel à summa gratia non dependet (quod iam manet discusum) vel non est cur dubitetur minus de illa post originem, quam in ea. (Nisi hæc negetur, quod iam non potest dici) quatenus gratia summa, sicut in Christo, ex se est simultanea; vt dicit Hieronymus: *benè plena, quia cæteris per partes præstatur, Mariæ vero simul se tota insudit plenitudo gratiæ* (quoniam supponit, quod sit in ea) *totius gratiæ, quæ in Christo est plenitudo.* Quæ summa, & simultanea est. Et sic ab origine fuit summa intensive in Matre; & eadem tunc,

s. Hieron vt sup. §. 17. n. 6.

&

& post (quid vero dicatur de incremẽto, omittitur: philosophari potest, in sua linea, ad similitudinẽ Christi.) Tertio quod si esset distinguenda gratia, potius ab alia potest abstrahi, quam ab originali, à qua specialius dependet. Nam vt notavit Episcopus Cerda: *Virtus gignendi tunc inditur, cum concipitur*. Sunt enim conceptus passivus, & activus correlativa ex natura rei. Vnde Sixtus 5. (nuper citatus) Verba Christi transtulit de conceptu activo ad passivum Virginis; & patet per contrarium, ex exemplo S. Agustini; circa dubium, cur ex iusto nascitur iniustus? Quia granum cum palea nascitur ex mundo seminato. Taleitas vitæ accidit. Origo originem respicit.

Sixt. 5. vt sup. §. 23. n. 4.

Vnde exurgit magis necessaria, & intrinseca dependentia Maternitatis Virginis ab originali gratia; pro vt illa origo dicit naturalem relationem, & connexionem cum origine filij. Vt patet ex S. Anselmo cum Virgine loquẽte: *Vt ad hanc excellentiam pervenires, in humillimo, hoc est, in vtero Matris tuæ, purissime oriebaris; quia nisi tali modo concepta, & ordinata fuisses, in tantam celsitudinem non subcreuisses.* (1) Celsitudo conceptus activi, quæritur in passivo. Quare? Dicat ipse. *Conceptionem Dominicæ Matris colere, Christi generationem est commemorare. Nam eius Conceptio Christi generationis est linea.* Ardua ratio, quæ tota refunditur in linea. Non significat hìc genealogiæ seriem, nam sic generationes Progenitorum consuleret colere; dependentia specialis inter generationes Matris, & filij petit intelligi: ad cuius intelligentiam, quasi enigmatice ponitur prima, vt linea secundæ. Et ex præcedẽtibus verbis, purissimè oriebatur, & non ita excelsa esset, *nisi tali modo concepta*. Qui modus ex mente Sancti, est, quod *eius conceptio, Christi generationis est linea*: ad cuius metaphoræ intelligentiam, linea debet accipi pro famosiori significato. Quæ est obiectum adæquatum materiale Geometriæ. *Sicut in Geometria linea in arithmetica numerus, in metaphisica ens.* Ait Scotus. (2) Cuius passio est divisibilitas. Vt ait Liquetus: *Dico quod stante aliqua*

(1) *S. Ansel. ap. Episc. Cucharum in monum. ãnt. Seraph. f. 885. Idem ibi fol. 619*

(2) *Scot. q. 2. laterali Prol. § Item secundo.*

 linea

(3) *linea recta, de necessitate consurgit ista aptitudo ad diuidi.*
Liquet. (3) Et Aristoteles. *Semper enim dividitur omnis linea.* (4)
ibi. n. 14 Hieronymus autem Vitalis in Legicon Geometr. ampliat
(4) materiam discursui. *Linea ab Geometricis definitur quod*
Arist. 4. *sit. Longitudo omnis, latitudinis expers..: Lineæ termini*
phisic. c. *sunt duo puncta, quibus concluditur, & terminatur, non*
12. tit. *quod necessario omnis linea terminos habeat, cum nec circu-*
108. *laris vllum admittat, nec infinitè protensa, si ea dari pos-*
(5) *set; sed quia in quacumque lineæ parte concepta, duo puncta,*
Legic. *sic in illa, hinc inde, velut terminos designant, &c* (5) His
Geomet. v. linea. notis aperitur enigma, intellecta metaphora. Fuit SS. Virgo concepta, nata addiuidi, cuius caro vna, ex tunc, concipitur cum filio dividenda; & terminanda in duo puncta, quæ sunt in se indivisibilia; quia ipsa caro in vtroque mansit virgo, mistice extensibilis, phisice indivisibilis; cuius longitudo, & magnitudo, absque latitudine vlla, nullum materiale laterale consortium eiusdem speciei admittit; neque carnalem latitudinem. Et in infinitum protensa, seu in æternum, semper absque termino manet, quia ipsa duo puncta, extrema sunt, quæ non terminant, neque finem ponunt ipsi magnitudini. Estque ipsa linea obiectum adequatum vniversale Geometriæ, quia continet maternalem mensuram omnis terræ Adæ, à sua creatione. De qua dictum est: *Ipse creauit illam in Spiritu San-*
(6) Eccli. 1. 9. *cto, & vidit, & dinumeravit, & mensus est, & effudit illā super omnia opera sua, & super omnem carnem.* Scopus autem principalis metaphoræ ex mente Anselmi, est Conceptionem Mariæ lineam esse generationis Christi, quatenus formata est ab intrinseco diuisibilis absque semine cum filio: & ideo purissima, & excelsa; quod non esset; nisi tali modo concepta.

(7) S. Aug. contra 5 hæres. hæresi 3. & est apud Aureol. de Concept. tract. 1. c. 4.

Cogit hanc intelligentiam amplecti S. Augustinus sic. *Si potui inquinari cum eam facerem, potui in ea inquinari, cum ex ea nascerer.* Nec faciens, nec nascens potuit Christus in ea inquinari, sed si posset, in eo supponit potuisse in-

inquinari nascens, in quo faciens , & cur generationem suam omittit, & solum ex generatione Matris arguit maculam in se possibilem fore? Omnes ex sua origine contrahunt, & solus Christus ex alia? Supponit hic Sanctus, quod alibi dixit: *Caro Christi est Mariæ*.(8) Et quod *animā nō ex se, sed ex carne contrahit*.(9) Et ideo, quod Maria semel concepta, existebat in ea caro à verbo assumenda; quod singulare est in natura, cum nulla alia sit generatio Virginea, sed medio semine, quod Philosophi alimenti fuerunt superfluum esse, cum Aristot. & est Scoti doctrina; ex quo nulla caro gignendi , potest suam generationem præcedere; nisi illa Christi in Virgine: vnde est communis opinio , immunitatis Christi originem speculantium, secundum viam Anselmi , quem sequitur Scotus; quod sufficit quod sit de Matre pura , vel miraculose genitus , hoc est de Virgine: *Vt Christus innocens nasceretur* (10) Sed quia vtrumque occurrit, debet credi, Christum primam rationem applicuisse sibi; cum sit nobilior innocentia naturalis, quam miraculosa ; quæ est privilegium: & quia si immunitas matris non præcederet , miraculum non tolleret, quod caro Christi aliquando in Virgine peccato fuisset obnoxia; quod non negat Magister. (11) At cum Mater sit immunis , miraculum ad alios fines fuit, quia non necessarium ad immunitatem. Fuit autem vnus finis, vt Mater Virgo esset. Ex quo sequitur intentum, quod caro Christi in ea præcederet, ex dictis. Quod Magister ibi concedit. Et est quod mouit Anselmum , vt diceret vt sup. *Purissime oriebaris, quia nisi tali modo concepta, & ordinata fuisses, in tantam celsitudinem non subcrevisses*. Quoniam ex Uirgine filius debebat esse , non ipsa adhuc esset Mater, si non innocens ; & ideo quia Virgo, vt eius immaculatam carnem, immaculatus assumeret. Ex quo nuncupat Virginis Conceptionem , *Christi generationis linea*. Et hoc ipsum movit Augustinum vt diceret quod Christus potuisset inquinari, ex Virgine nascens , si

po-

(8) *Idē serm de Assūp apud ipsum ibi.*

(9) *Idem ap. Magistr 2. d. 31. e.*

(10) *s. Ansel. de concept. Virginali. c. 10. & 19. & Scot. 3. d. 3. q. 2*

(11) *Magist. 3. d. 3. a*

potuisset inquinari cum eam faceret; supponens. Quod, *ipse fundavit eam Altissimus.* Idem etiam comprobat dicens: *Cum de peccatis agitur, de Sancta Virgine Maria, propter honorem Domini, nullam prorsus habere volo quæstionem.*(12) Fuit ne hæc mera reverentia, aut rationem aliquam etiam habuit? Habuit vtique, & iam promit ibi. *Quod concipere, ac parere meruit* (quem? Deum & hominem? non hoc dicit, sed inquit) *eum quem constat nullum habuisse peccatum.* Hæc non est tantum veneratio, sed bene ratio: ex qua, supponens illam Virginem, dicens: *de Sancta Virgine, &c,* & ideo vna caro cum filio, quem sic ipsa meruit gignere, si constat *nullum habuisse peccatum,* licet Deus non fuisset, sequitur idem de Matre. Sicut ex Matre Virgine, & immuni, quicumque nasceretur sequitur à posteriori immunis. Quo supposito: non est sola ratio, quia concepit, & peperit eum. Sed inquit: *Quod concipere, & parere meruit eum quem, &c.* meruit ergo, quia habuit quicquid requirebatur ad cõcipere, & parere eum sine peccato. Et noscens hanc illationem, non excussat quæstionem propter reverentiam, aut honorem Virginis, sed *propter honorem Domini.* Talem nexum habent puritas Virginis, & honor Domini. Sed quia oportet hanc dependentiam carnis Verbi, ab originali gratia Matris roboratam relinquere: additur notitia antiqua super hanc quæstionem, eiusque contradictionem, & solutionem.

(12) *S. Aug. li. de natura, & gratia.*

Ludovicus Carvajalus Minorita anno 2541. scripsit opusculum sub titulo. Declamatio ex postulatoria Genitricis Dei Mariæ, pro ipsius immaculata Conceptione c. 7. in persona Virginis dixit: *Carnemque illam, quæ in Christo erat cum Verbo, sub eadem hypostasi, adoranda, contendis in spurcitijs peccati fuisse conceptam? Si hoc dicis negare non potes Carnem Christi sub peccato aliquando fuisse; nisi Valentiniani heresi infectus, dicas, Christum meam carnem non assumpsisse, sed è cælo corpus traxisse..... Carnem ergo Christi necesse est fateantur peccato fuisse in-*

fec-

fectam, qui me in peccato dicunt esse conceptam... Decet ergo Diuinum honorem me, ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi; vel ob hoc, vt purissima sit caro ipsius Dei. (Hinc progrediens, consequenter probat in sequenti cap. hanc conclusionem: *Quod gratia data Virgini in eius Conceptione, fuerit basis fælicitatis ipsius.* (13) Neque in aternitatẽ separat. Est doctrina damnata in hac censura; sicut in præcedenti alia, ipsius authoris citati §. 18. estque doctrina præsens Petri Thomæ etiam Hispani, & Minoritæ. (13) Hanc doctrinam, inter 15. ex dicta declamatione, detulit quidam (in responsione nominatus) publicus inimicus sententiæ puritatis originalis Virginis, ante Ministrum Prouincialem Parisijs, cum ibi adesset Author, vt hæreticam, & erroneam; qui coactus respondere, illam defendit typis mandatam Hispanica, & Gallica lingua, simul cum ipso libello, & argumentis delatoris. Sed prius sententiam suam, per capitula, dederunt approbantes DD. Complutenses; & totum reuisum, & admissum, vt imprimeretur, per facultatem Sorbonæ, adest in ipso opere, Parisijs impressum, & expressum. Et ibi. *Responsio Complutensis. Ad illud quod libellus ait c. 7.... hanc facit rationem pro puritate Virginis, in sua sententia, scilicet. Virgo fuit in peccato concepta: Ergo aut caro Christi subiacuit peccato, scilicet in Virgine, aut Christus aliũde accepit carnem, &c. contra quam rationem non dicimus procedere inconvenientia, quæ adversus librum proposita sunt; nec illic asserit libellus quod sit hæreticum, aut erroneum.* Sequitur. *Responsio Authoris.* Ex dictis solum *sequitur id quod aperte dico. videlicet. Carnem Christi non cum erat in Christo, sed cum erat in Maria, fuisset in peccato: quod & Magister concedit. Et ipse opponens, velit, nolit tenetur concedere, nisi cum Valentiniano dicat, &c.* Innegabilis depẽdentia Maternitatis à gratia originali manet. Nam si caro prolis in conceptu dependet ab illa, prius natura dependet Mater concipiens. Ita vt in omni doctrina, concessa

(13) Carvaj. in monument. antiq. Seraph. citatus sup §. 18.

(13) Pet. Th. vbi Carvaj. li. 3 c. 2. & 3.

cessa est dependentia. Si origo Matris dixit quis in peccato, negare nequivit carnem filij in peccato aliquando fuisse; & ex se semper fuisse, si omnipotentia, supra naturam non intervenisset. Si origo illa dicit pura: non potest negare carnem filij puram: nulla ratione addita.

§. 25. Adhuc vltimo dices. Totum dictum non est ad rem. Quia censura non damnat explicite asserere dependentiam simpliciter; sed quod dependeat quod est de fide, à misterio quod adhuc non est creditum de fide. Dicens: *Hæc doctrina, quæ dogmata de SS. Virgine ad fidem pertinentia, vt Dei Maternitatem, & perpetuam Virginitatem, pendere asserit à sententia, quæ de fide Catolica non est, & ita dependere, vt alioqui fundamentum solidum non haberent, falsa est, temeraria, &c.* Ad quod dicitur quod ipsa censura est falsa, & temeraria. Probatur primo quod sit falsa. Si hoc misterium Conceptionis esset de fide, non diceret quod doctrina, vel dependentia esset falsa; quia fundamentum exhibitum falsitatis est tantum, quia non est de fide. Ergo si definiatur de fide, erit vera depēdentia, & doctrina. Et tunc erit nè vera, quæ non est, quia definitum misterium? Minime. Imo impossible est mane definiri verum, antiquum, quod hodie est falsum; deffinitio enim non facit, sed declarat verum. Ideo non erit verum, quia definitum, sed definitum quia verum fuit, est, & erit. Ergo falsa est censura quæ damnat falsitatem rei, quam nescit. Imo rei quam veram fatetur iuramento credere; imo potius, rei quam scit, aut debet scire, esse imposibile, quod sit falsa (vt infra dicetur) quod autem vt falsum damnatur, imposibile supponitur quod sit verum. Inde exurgit censura temeraria. Quia in literatis supponitur scientia dictorum; & falsum damnantes, manifestant se credere, non esse posibile esse verum misterium, quod Ecclesia Catholica fatetur verũ. Si enim crederent esse, vel posse esse verum; non damnaret de facto doctrinam, quia illud non definitum, vt falsam.

ſam: Nam veritas vt ſit, nulliter dependet à definitione. Temeraria ergo cenſura eſt, dum damnat vt falſum quod non eſt definitum, implicite determinans, quod nec eſt definibile, eo quod falſum. Si dicas quod cenſura non fundat falſitatem doctrinæ in ordine ad miſterium, ſed ad ſentētiam. Quia ſcilicet *pendere aſſerit à ſententia, quæ de fide Catholica non eſt*: Reſpondetur. quod hæc formalitas, etiam eſt falſa. Nam doctrina damnata ibi, vt ad literam data manet, neque in re, neque in voce tangit ſententiam. Neque in ea fundat aliquid; ſed in luce miſteriorum, à Deo accepta. Præterea in ſubſtantia veritatis ſententia, & miſterium nihil diſtant. Neque veritas ſententiæ dependet à definitione, ſed à miſterio. Si hoc verum, illa etiam; licet non definita. Inſuper. Si facultas credit miſterium, & tenet ſententiam, vnde extrahit falſitatem? Qua fide credit, quod falſum damnat? Quovis ergo excogitabili modo, falſa, & temeraria eſt cenſura fundans falſitatem doctrinæ, & dependentiæ miſteriorum, in eo quod non ſit de fide Catholica, ſeu definitum, quod idem eſt, ſive miſterium, ſive ſententia, ſive quicquid velit, quia nihil probatur falſum, ex eo quod definitum non eſt. Ex hoc eſt falſa; & ex mendacio dicto impoſito doctrinæ, vt eam damnaret; & ex eo quod addit, *falſa eſt, & temeraria, & fidem in Concilijs ſtabilitam infirmans.* Quod potius infirmat cenſura ipſa. Nam habet ſententia pro ſe Concilium Baſilienſe; quod ſi eius definitio non tenetur, eſt quia Sedes Pontificia ipſum Concilium non admiſsit, ſeu approbavit in omnibus: Non quia contradixit veritatem miſterij, vel ſententiæ; potius autem eam ſemper admiſſit per Pontifices, & Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. renovans *conſtitutiones Sixti* 4. (1) Cuius ſenſum explicuit Alex. 7. in Bul. ann. 1661. *Apoſtolicas conſtitutiones, quas Sacrum Concilium Tridentinum innouavit.* & infra: *Conſtitutiones, & decreta, à Romanis Pontificibus.... Præcipuè à Sixto* 4. *Paulo* 5. *& Greg.* 15. *edita in favorem ſenten-*

(1) *Trident. ſeſſ.* 5.

ten-

tentiæ asserentis animam B. Mariæ V. in sui creatione Spiritus S. gratia donatam, & à peccato originali præservatam fuisse.(2) Ecce censura *falsa, & temeraria, & fidem in Concilijs stabilitam infirmans*, quatenus falsam determinavit doctrinam, propter sententiam eius, quia non definitam; sed cum contrarium falsitati, non sit definitio, sed veritas; & ideo stat, quod, per Concilium, & Pontifices, sit vera, non dum definita (sicut plura non definita, vera fatetur, & colit Ecclesia) vnde dato quod doctrina fundaretur in sententia (& non concesso) dum ista sit vera, illa non potest esse falsa; ideo contra veritatem, & Ecclesiam, & Deum, falsum decrevit, quod falsum non potest esse; & verum tenebatur fateri, sicut, constat esse.

(2) *Alex.* 7. *ann.* 1661.

Nota etiam quam late, & evidenter manet probata dependentia misteriorum Virgnis ab originali gratia, à §. 23. & necessaria propter honorem, & puritatem Domini, in vltima doctrina, approbata, per facultatem Complutensem, ac revisa, & admisa, per Parisiensem; roborataque per Patres Ecclesiæ (quæ dependentia in litera, non est in essendo, dum supponit potuisse illa misteria dari, absque ipsa gratia, dicens: *Sin este beneficio, parecieran todos informes.* Essent autem *como edificio sin fundamento solido, y proporcionado.* Cui rationi superest revelatio, cum sit ex natura rei. Si omnia beneficia sunt propter carnem Verbo exhibendam, hæc in peccato fundata, neque solidum, neque proportionatum haberet fundamentum) Ex qua doctrina talis est dependentia, quod, sicut impossibilis esset incarnatio, non ex carne Mariæ, in sensu Valentini; ita impossibilis esset, si dicas Christi carnem nunquam subiacuisse peccato, & nolis Matrem immaculatam ab origine fateri. Quare ergo tunc admisit facultas illam doctrinam, quæ istam dependentiam fundat, quam modo falsam decreuit, etiam cum doctrina, quæ illam docet? Erat ne tunc de fide? Erant certe men-

tes piæ, quæ carnem Christi, nunquam maculatam patiebantur ferre; sicut modo, in eadem facultate, Doctores pij, immutabiles, non tulerunt; & fide non ligata præcepto, credunt veritatem, Ecclesia loquente: & potius hodie, cum iam hæsitantes sint inexcusabiles.

Et quia totum pondus censuræ sistit in eo quod, sententia non sit de fide Catholica, oportet ostendere, quod (licet sequeretur falsam esse doctrinam, ex quo sententia non esset de fide Catholica) neque certum est quod nullo sensu sit de fide Catholica misterium, & per consequens sententia immaculatæ Conceptionis; vnde cessat ratio censuræ contra illam dependentiam. Non tamen dicitur hìc fides Catholica, in communi acceptione, pro articulo definito, aut æquivalenti iure liganti; hæc enim fides extendit sensum supra termini formalitatem; quia est, supra Catholicam, præceptiva, & necessaria, intrinsece. Potest enim esse Catholica, quia vniversalis in Ecclesia, & ligare; sed non illius modi; quia non definitione roborata; vt sunt misteria Virginis SS. non definita. Ita probatur. Fides Catholica, est fides Ecclesiæ Catholicæ: & hæc est Romana. Cum autem Ecclesia Romana, festo Conceptionis instituto, misterio explicato, officio speciali admisso, approbato, & à Sede emanato, communi ad totam Ecclesiam extenso, additis gratijs vtrique (quæ modo extant auctæ) Religiones approbando; vota, & iuramenta ritè admittendo, immemorialiter, & immutabiliter procedendo, permittendo, ordinando, fovendo, per Conciliū, & Pontifices, nomine, & causa Ecclesiæ vtentes, sententiam negativam protegendo, & laudando (quis dicet quod hoc possit facere non credendo? Si autem credit, fides eius, fides Catholica est; & quod sit extensivè vniversalis, ipsa Sede promovente, patet ex facto) quia omnis Catholicus confitetur expresse misterium, dum accedit eius celebritas; & vbique, & quandocumque, dum dicat, hoc ipsum dicet; & obligatus est dicere, vel puniendus

Hic substantialis tenor est Bullæ Alex. 7. Solicitudo omnium Ecclesiarū 8. Decēb. ann. 1661.

dus

dus erit per iudices fidei. (Quis autem oppositum sentiat, nec ipse indicat, nec nos scimus; nec de hoc, iudicat Ecclesia) & vt neque Deus iudicet, assensum internum non gravavit; humanam fragilitatem respiciens; ast quod fideles audiant oppositum, aut eius doctrinam, aut quis illá dicat: *Directe, vel indirecte, aut sub quovis prætextu...(præter pœnas, & censuras in constitutionibus Sixt. 4. contentas,* quibus, & alijs gravibus expressis subiecit transgressores) prohibet: sed tantum ipsam, quam ipsa Ecclesia laudat, tenet, & docet. Totum hoc adest in substátia in dicta Bulla Alex. 7. extensius, & clarius.

Vbi lateraliter notatur quod illa pietas, qua Ecclesia sensum interiorem expresse non gravavit, quæ tolerantia dicitur à multis, qua vtitur sæpe Ecclesia, vt actus non imputetur; non circa omnes est tolerantia; sed forte circa paucos; sensu sequenti. Nam doctrinæ de illo non sunt contradictoriæ, seu eiusdem de eodem, quamvis sic sonent sed æquivocè fundatæ. Est enim Conceptio duplex, seminis, & animationis: de illá intellexerunt aliqui Patres. vt S. Thomas alicubi; cum S. Bernardo, dicente: *Inter amplexus maritales Sanctitas?* (3) Vt extensius supra: & de S. Thom. Caietanus: *Inter duas positiones extremas, scilicet quod fuerit Sanctificata, vel ante infusionem animæ, vel post infusionem animæ, est positio media, quod fuit sanctificata in instanti infusionis animæ; cuius opinionis Author hic non meminit, quia tempore suo non erat ad inventa.* (4) Ex quo creditur, quod *Author hic non meminit,* neque alibi: quia eius commentator dicit. Non quod *tempore suo non erat ad inventa.* Nam antiquior Anselmus dixit. *Quod sint duæ conceptiones hominis, omnibus peritis est notum, vna scilicet spiritualis, alia carnalis.... Si nō placet illis celebrare Dominicæ Matris carnalem conceptionem, placeat ergo colere animæ eius spiritualem creationem, & corporis, animæque copulationem.* (5) Quem sequitur Scotus, *Sicut posset post primum instans conferre gratiam, ita*

(3) *S. Bern. extensius sup. §. 6.*

(4) *Caieta sup. art. 2. q. 27. apud Gregor. Sanchez, tract. de Cōcept.*

(5) *S. Ansel. in lectionib. Conceptionis lect. 5. & est ap. Epis. Cuchar. in monum. dict. f. 732.*

ita posset in primo instanti. & infra: *Si arguatur quod ibi fuit libido, falsum est, de conceptione naturarum.* (6) De his ergo qui sequantur primam inrelligentiam Conceptionis, non sequitur tolerantia, quia non opponuntur Ecclesiæ, & sententiæ sensui, expresso sup. n. 2. Secundam autem amplectens Ecclesia, non fuit necesse vt illam damnaret , cum à sua origine habeat sensum compatibilem cum misterio. Sed propter transgressores sensus primitivi, & æquivocationem tollendam , sufficit quod tacite extinguatur; dum non audiatur.

Hinc sequitur extensive misterium de fide Catholica, propter vniversalem Ecclesiæ, cum Capite , quia hæc distinctio, & æquivocatio controversa, & cognita, ambas doctrinas, etiam formaliter vnivocatas, traxit ad misterium. Vnde Religio Dominicana; cui inutilis quæstio vissa est, laborando in æquivoco, & cum scandalo , suum dictamen deponens in Capitulari congressu, ita decrevit. *Porque el Orden de Predicadores ha tenido que la Bienavẽturada Virgen, &c. Pero de oy mas, no ay que hazer caso de esto, porque es materia inutil, y muy escandalosa; principalmente porque toda la Iglesia casi (cuyo vso, y autoridad, segun dize S. Thomas. 2. 2. q. 10. art. 12. Y en la 3. p. q. 68. art. 1 vale mas, y debe prevalecer à la autoridad de S, Geronimo, y de qualquier otro Doctor.) Ya assevera, y tiene, y siente, que la Virgen fue preservada de culpa, &c.* Item Ioannes Martinez de Prado, Prior Prouincialis Hispanus an. 1663. suis literis patent. lingua Hispana, de ordine Rmi. P. Gener. mandauit per obedientiam , Purissimam Conceptionem Virginis publicè laudare; & illico, in omnibus Convent. in solemni festo misterium prædicare, eodem sensu. (8) Et potius volunt aliqui Doctores ipsius Religionis , qui iam scripserunt, & præcipue Thomas Campanella, quod felicitas status præsentis de misterio, nulli Religioni debetur, nisi suæ; quæ cum D. Thoma, & alijs nominatis ibi, eum sequentibus in 1. sent. d. 44. eam prius Scholasticè mo-

(6) *Scot. 3. d. 3. q. 1 §. si autẽ*

(7) *Religio Prædicatorum in Capitul. Hispal. decreto vltimo pro tota Religione lequès impresso in mauuali Prædicarũ ann.* 1522. *& ap. Everard. qui obijt Card. in examen Theol. vbi alias similes constitutiones Generales omittit. par. 2. §.* 8.

(8) *Aliud decret simile eius dẽ Ordin*

movit, cum quibus ipse puritatem originalem Virginis probat, & quod sit verior mens D. Thomæ, contra Thomistas qui minus bene Doctorem in 3. part. q. 27. art. 2. tulerunt. Nam *Soli Dominicani, Dominicanos vincere possunt, quoniam salus Verbi, ex Dominicanis est.* (9) Vt finit opus. Sit Deo, & Virgini gloria, quam cæteri, non nostram, quærimus. Et alia multa ibi, ex eius ore, neque vera, neque pia, neque pura, cum Virgo saltem pura sit omittuntur; & dignè laudatur maxima omnium virtus, quæ est se ipsum vincere, qui à nemine in mundo vinci posset. Ipsum tamen Campanellam, cum Catharino, Iustiniano, & Pepin, Dominicanis, pro immaculata Conceptione, invenies, in *monumenta Dominicana*. Ex quibus sequitur quod fides misterij sit Catholica, & doctrina, seu sententia, vniversaliter, & formaliter vna; & maxime, *quoniam ab omnibus observari debet, quod Romana tenet Ecclesia*. Cuius est consuetudo, *quod S. Romana Ecclesia, de.... Conceptione festum solemniter celebrat, & speciale, ac proprium officium olim ordinavit* (ex dicta Bulla, & vt dictum est n. 2.) *constitutiones ... in favorem sententiæ... nec non & in favorem festi, & cultus*: quæ consuetudo, *vetus est Christi fidelium.* (10) Et ita vetus, vt nesciatur principiũ. Vt infertur ex verbis Concilij Basiliensis: *Renovantes præterea institutionem, de celebranda eius Conceptione Sancta; quæ tam per Romanam, quam per alias Ecclesias, sexto idus Decembris, antiqua, & laudabili consuetudine celebratur. Datum Basil. 5. Kal. Octob. an. 1439.* (11) Et antiquior Anselmus inquit. *Conceptio veneranda ... quemadmodum per multa signorum experimenta in Anglia, & in Francia, cæterisque mundi climatibus celebranda olim sit declarata, me narrante audiat dilectio vestra.* (12) Loquitur Coepiscopis suis, & cunctis Orthodoxis. Item, ipse. *In multis locis recolitur à quibusdam practicis, vel priscis temporibus, frequentiori vsu celebratur.* (13) Quæ consuetudo, licet non semper fuisset vniversalis, semper

fuit

(9) *Campanella. tract. de immaculata Concept. Cardin. de Trejo dicato. ap. monum. Dominicana.*

(10) *d. 11. c. 11. quis nesciat. & ibi c. 3. nolite*

(11) *Conciliũ Basil. pro consuetudine antiqua.*

(12) *Ans. ap. monum. Seraph. f. 686.*

(13) *Idẽ Ans. etiã ap. Epis. Cuchar. ibi f. 772.*

fuit agnita, & admissa ab Ecclesia Romana, favente *festo, & cultui.... exhibito in Ecclesia Romana... nunquam immutato.* Ex dicta Bulla, cuius explicationis sensus, est quem tenet Scotus. Est ergo consuetudo immemorialis ex iure. Cum nec ipsa Ecclesia loquens assignet principium, sed vetustatem. Consuetudo vero, aut traditio immemorialis Ecclesiæ, vel iudicatur Apostolica; vel ad minus Ecclesiastica est: vim similem habens; cuius robore multos Sanctos veneramur, & dogmata sequimur. Et est declarativa sensus Ecclesiæ. Sicut Concil. Trid. sess. 13. c. 7. decreuit necessarium esse existēti sub mortali ante Eucharistiam confiteri; quia hoc *Ecclesiastica consuetudo declarat*; (14) & ex iure. *Diuturni mores pro lege sunt habendi*, (15) & diuturnitas cum authoritate Ecclesiæ, ipso iure, cum teneat ad legem diuisim, potius simul tenet ad fidem. Quia, *valet ad fidem Catholicæ authoritas Ecclesiæ*. (16) Idest vniversalis ex Augustino: in sermon. 131. & 181. de tempore: *Ideo dici Catholicam, idest vniuersalem, quia pertinet ad vniversa loca, tempora, hominum genera, &c.* (17) Si ergo Ecclesiæ confessio hæc, vniversalis iure probatur, & Catholica est.

(14) *Concil. Trid. pro consuetudine.*
(15) *d. 12. c. 6. diuturni. & Iustin. & instit. l. 1. tit. 2.*
(16) *d. 11. c. 9. palam*
(17) *Aug. de tempore.*

§. 26. Sequitur amplius quod misterij, & sententiæ veritas, saltem à posteriori, ex fidei Catholicæ ligamine, non potest negari. Nam ita catenata sunt. Sensus sententiæ negativæ declaratus est, solemniter admissus, & obseruatus facto antiquo, & renovatus, & simul, eodem sensu, & eisdem circunstantijs, testatur consuetudo Ecclesiæ Romanæ celebrandi festum, continuatur, tuetur pœnis, fovetur gratijs; contrarium sepelitur (silentium enim perpetuum, mors verborum est: Vt in simili casu sentit Martinus I. & S. Maximus, iuxta relatum, in Concil. Lateran. primo) vnde sensum sententiæ, non esse quo misterium celebratur, & quo ipsum misterium est obiectum festi, & cultus, nequit dici, nec credi; quia declaratnm est à Sede Apostolica ex Cathedra: & vltimo ab Alex. 7. totum dic-

tum:

tum: *Sententiæ,& cultui, iuxta illam, B. Virgini exhibito* (quo sensu) *Sancta Romana Ecclesia de Conceptione festum solemniter celebrat.* ibi. non tantum permittens,& admittens,sed ordinans. Quoniam, *crevit huiusmodi cultus post editas à fel.record. Sixto 4. constitutiones, quas Sacr. Concil. Tridentinum innouauit, atque observari mandauit.* & *speciale, ac proprium super hoc officium, à Sixto 4. emanavit.* ibi. Vnde obiectum huius festi, à tota Ecclesia, per caput, & corpus, solemniter ordinati, Sanctum debet credi,ex fide Catholica;sicut creduntur Natiuitas& Assumptio Virginis Sanctæ; & non maiori, neque æquali solemnitate ordinatum fuit vtrumque festum. Quo fundamento dixit S. Ildephonsus. *Cuius etiam Natiuitas gloriosa, Catholica in omni Ecclesia Christi, ab omnibus felix, & Beata prædicatur. Enim vero, si non Beata esset, & gloriosa, nunquam tam festivè celebraretur vbique,ab vniversis. Sed quia tam solemniter collitur, constat, ex authoritate Ecclesiæ, quod nullis, quando nata est, subiacuit delictis, nec contraxit in vtero originale peccatum.* (1) Et S. Thomàs infert Sanctitatem Canonizati,dum proponitur Ecclesiæ dignus cultu. (2) Et ita infert de Religione, cum approbatur. (3) Et consequenter inquit: *Ecclesia celebrat Nativitatem B. Virginis. Non autem celebratur festum in Ecclesia, nisi pro aliquo Sancto. Ergo B. Virgo in ipsa sua nativitate fuit Sancta.* (4) Ex quibus principijs scripsit olim Fr. Dominic. Grauina. *Proferant adversarij absoluto cultu, tanquam ad primarium obiectum, propositam immaculatam, & præservatam: & iam causa finita erit.* (5) Fundamentum ob quod Sanctitas creditur, ex tali cultu, dixit D. Thom. *In Ecclesia non potest esse error damnabilis; sed hic esset error damnabilis, si veneraretur tamquam Sanctus qui fuit peccator, &c.* Quem sequuntur omnes Thomistæ, quos citat, & sequitur Ioann. à S. Thoma ibimet. & Ss. Ildeph. Bern. Anton. Vide Suarez. to. de fide. disp. 5. sect. 8. ex qua infallibilitate Ecclesiæ in suis actibus motus

(1) *S. Ildeph advers. disputãtes, to. 9. col. 3. Bibliot. Sãctæ.*

(2) *S. Thom quodl. 9 art. 16.*

(3) *Idem Opusc. 19. c. 4.*

(4) *Idẽ part. 3. q. 27. art. 1.*

(5) *Granina de Catholicis præscriptio- 9. ar. 3.*

(6) *S. Thom 2.2. disp nibus. t. 2. q. 6. ar. 3. §. responde tur. in fine.*

Lan-

Landulphus Dr. Parisiēsis celebris, & antiquus, sic scripsit. *Oportet ergo ne dicere tantum Sacrum Collegium, & ipsa Romana Ecclesia, ac Pontifex Max. hoc tenentes, & hoc festum celebrantes, deficere? quod nefas est ... Propter quod ego idem Landulphus, ipsorum sequens vestigia; & quia iuratus Universitate Parisiensi, ipsius statuta servare cupiēs Conceptionis festum devote festivare cupio; maxime, quia Ecclesia errare non potest, quæ hoc facit, & consentit alijs, per universum Orbem. Quod si verum non esset, ipsa erraret, quod non est dicendum.* (7) Ex quibus obiectum huius festivitatis esse Sanctum, veritas Catholica est, ex consequentia emanante ex hoc principio de fide, Ecclesia non potest errare. Et consequenter verum esse, debet credi. vt ait Gabriel. *Veritas Catholica est, cui quilibet viator actu, vel habitu, explicite, vel implicite, assentire tenetur.* (8) Quod si obiectum huius festi, non Sanctum nunc crederet quis, saltem impliciter crederet, quod errauit, & ipse erraret, qui posset, Ecclesia non posset. Quare autem, cum hoc sit certum, liberum assensum relinquunt Bullæ ad contrarium? Non expedit hic discutere. Iam à multis ingenijs, præcipuè in Hispania, Bullam Alex. 7. explicātibus, discussum est. Super illa verba. *Vetamus autem, Sixti 4. constitutionibus inhærentes, quempiā asserere, quod propter hoc, contrariam opinionem tenentes ... hæresis crimen, aut mortale peccatum incurrant: cum à Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede, nondum fuerit hoc decisum, provt nos nunc minime decidere volumus, aut intendimus.* Hoc discutere longum esset, & arduum, & odiosum. Quia vetatur quempiam asserere, &c. quod clarum est ibi, patet, de sententia, vel credulitate, vel festo, vel eius obiecto, non loqui; sed tantum de opinione, ne quis illam damnet, quam Ecclesia non dum damnavit, quia non decidit. Et cū impugnatio mutua doctrinarum sit, ex primis motivis Bullæ, iuxta illius caput, & de sententia præservationis, cum misterio, & festo, præcedit declaratio, innovatio, robora-

(7) *Landulph. apud Epis. Cucharum. part. 2. § notāda. adest in monum. dict. f.* 678.

(8) *Gabriel. lect. 22. Canonis*



bora-

boratio, & extensio; sequiturque de contrario membro loqui; inquiens, neminem *propter hoc* asserere posse, &c. *Hoc*, quid est? Nisi quod ibi manet ordinatũ. Quod misterium celebretur, sententia loquatur, & opinio taceat. Tantum enim sequitur ex hoc, circa illud quod opinabatur, quod congruit vetare, ne propter hoc, quis posit asserere contrarium tenentes, hæresim, aut mortale incurrant; quod nemini, nisi Ecclesiæ pertinet decidere. Quid autem ab ipsis tenentibus debeat credi, vel liceat; aut ipsorum conscientia dictet, quod propter hoc, aut propter aliud, sive propter nihil, directe, vel indirecte; sit gravata, vel non, in illa clausula non tangitur. Ipsi videant. Hoc tamen ad intentum liquet, quod propter præcedentia, iam dicta, sententia manet in Bulla viua, & immortalis, opinio muta, & sepulta; nec illa potest esse vel dici falsa, nec ista vera: licet adhuc directe, & formaliter, nec illa veritas sit definita, nec ista falsitas. Ita vt teneant aliqui, cum Salazar, quos tradit, quod canonizatio, seu declaratio, vel implicita, seu tacita definitio Sanctitatis præservatæ conceptionis, non posit sub esse falso; sitque ista veritas Catholica; (9) & de vniversali fide acquisita (vt tenet Ioannes à S. Thoma; & alij apud Suarez (10) & etiam infusa, quia fundata in attestante infallibili. Et idem est non posse de potentia absoluta; eo quod actu constet esse verum, & implicat esse non verum. Ex D. Thom. *Quia ipse non potest facere quod contradictoria sint simul vera; potest dici, ex suppositione, quod Deus non potest alia facere, quam quæ facit.* (11) Vnde patet (contra iniuriam censuræ) quod sententia ita vera est, quod non potest sub esse falso, non solum quia contradictorium exclusum est à participatione fidelium, & ipsa laudata, & admissa ab Ecclesia; sed potius quia obiectum sententiæ, & festi, est idem; & sic declaratum ab Ecclesia, & obiectum ipsum, qua festi est, Sanctum, & verum infallibiliter est, ex infallibili authoritate Ecclesiæ, quæ illud celebrat, Ergo qua sententiæ idem-

(9) *Salaz. de Concept. c.* 43.

(10) *Ioann. à S. Thom apud Everard. vbi sup. §. 25 & Suarez, to. 2. par 3. d. 3. sect. 6.*

(11) *S. Thom lib. de quæstionib. q. 5. de potẽt. Dei.*

idemmet eſt, in fallibile conſequenter eſt: licet nondum per ſe & directe deciſum ſit. Et hoc non obſtat, vt veritas Catholica, & de fide Catholica.i.vniverſali,ſit: cui Catholicus aſſentire tenetur, ex dictis. Male ergo cenſura falſam aſſerit Doctrinam,eo quod ſupponat(etiam falſo) fundari in ſententia, quæ non eſt de fide Catholica. Cum conſtet, ex ipſa ſententia, non ſequi falſum eſſe quod non definitum; ſed potius ipſa eſt à poſteriori, aut emanativè infallibilis veritas Catholica; nec omni ſenſu, de fide Catholica,non eſſe,verum ſit.Et qua fidelitate defenſor præſervationis,quãdo miſteriũ,& ſententia gaudent,hac ſecuritate, invenit falſitatem? Potius quis ſperaret, ex zelo,ipſum deficere,miſterium aſſerendo de fideCatholica,componentẽ, in ſua doctrina Concilium Baſilienſe,cum propoſitione quinta, ex actis ſex, circa poteſtatem Papæ an. 1662.

ARTICVLVS 8. N.290.

§. 27.

Imponit cenſura literæ, quod tribuit SS. Virgini regimen Eccleſiæ. Quæ ideo ſit propoſitio *falſa,temeraria,& erronea.* Eo quod dicit. *El govierno que eſta gran Reyna tuvo al principio de la Ley Euangelica.* Sed eſt falſum. Quia in impreſsione Hiſpanica legitur.ibi.*en el Magiſterio que tuvo eſta gran Reyna, &c.* Regimen poteſtativum nunquam in toto opere tribuitur Virgini, quæ pluries refertur humiliter ſubdita cuivis Sacerdoti, & flexis genibus petere benedictionem. Magiſterium prudentiale,optime tribuitur, indirigenda Eccleſiæ plantatione: nam ad hoc manſit cum Apoſtolis, vt dicunt Patres. Et vt probetur eam fuiſſe *Magiſtra Apoſtolorum*, quis poterit accumulare Patres, difficilius eſt invenire quis non dicat. Sint teſtes Idiota, Richardus à S.Laur. S.Bonavent. S.Antoninus, S.Birgit.ſed Gerſon, etiam dixit: *Magiſtra Angelorum.* *Gerſon. ferm. de Concept.*

rum. Vnde in ipso libr. n. 545. legitur. *El exercicio de la prudencia Regnativa, ò Monarchica tuvo.... Y aunque les obedecia* (à los Apostoles) *en las cosas particulares, y preguntaba, especialmente à S. Pedro, como Vicario de Christo, y Cabeza, y à S. Juan, como à su Capellan, pero juntamente la consultaban, y obedecian ellos, &c.* Species huius calumniæ non est nova, sicut nec cæterarum, habent seniores radices, licet mutatis terminis: Bene in Roma illico agnoscentur. Vnde in libello: *Satisfacion por la Religion,* reparo 32. invenies amplissimam solutionem. Hìc autem sufficit detegere calumniam.

ARTICVLVS 9. N. 301.

§. 28.

Quia litera applicat SS. Virgini illud Prov. c. 8. *Per me Reges regnant, &c.* notat censura duo. Primo. Quod *verba capitis octavi Proverbiorum, de sola sapientia increata, vel incarnata, iuxta SS. Patrum vnanimem consensum, ad literam esse intelligenda.* (Quod ait de pag. 61. omittitur; quia non vnivocantur impressiones per paginas) secundo. Quod, *hæc propositio, quæ inducit SS. Virginem dicentem de se, quod ipsa dixerit Prov. 8. per me Reges regnant. &c. falsa est, & temeraria.* Ad quod dicitur. Quod litera non inducit SS. Virginem dicentem de se, sicut alibi introducitur personaliter loquens. Ipsa tamen Ven. Mater dicit, monens Reges, quod B. Virgo dicit hoc, sicut passim dicunt Doctores, & Prædicatores intelligentes loquentem SS. Mariam, vt Matrem Sapientiæ genitæ, quæ ita loquitur in Scriptura, quod vult intelligi se loqui in persona Matris, dum aliquod prædicatum Diuinum in communicabile non obviat, in aliquo textu: nam Verbum incarnatum sexum fæmineum non elegit; nec voces *Mater, Soror,*

Spon-

Sponsa,creata sunt sibi genuinæ:& minus vltima, cum primum esse Christi sit æternum, & nunquam fuit absolute temporale; vel homo, quin simul Deus. Si autem natura humana abstrahatur à persona,abstrahitur simul à Sapiētia increata,de qua,vel de incarnata loquitur censura. Ast Christus non potest abstrahi; & si Theologus metaphysicè abstrahit,non Christum,sed in Christo hoc ab illo, vt mente distinguat quidditates: scriptura nunquam abstrahit, ita vt supponat hominem,absque persona,audiatur S. Ambrosius. *Non dividimus,sed vnus... Non enim alter ex Patre,alter ex Virgine,sed aliter ex Patre,aliter ex Virgine... Quomodo enim creatura esse in Deo potest... Et si ergo Christus ,secundum hominem dicitur creatura, non tamen simpliciter prædicandus est creatura.* Et concludit; *sed ex tropicis locutionibus,non est recta argumentationis processio; illa autem locutio tropica est, qua Christus dicitur creatura,vel simpliciter,vel secūdum quid.*(1)Vnde nec damnatur vox discretè intellecta, nec admittitur absoluta. Sed Scotus ibi, cum præcedente doctrina, neque secundum hominem dici creaturam posse,inclinatur. Quoniam autem sapientia incarnata Creator est,Christus,&Dominus, *Et omnia per ipsum, & in ipso creata sunt.. & ipse est Caput Ecclesiæ*, locum præbet ipsa Sapientia in ipso cap.8.vt de alio subiecto intelligatur dicens: *Dominus possedit me: cum eo eram cuncta componens. Ludens coram eo.* Et quod sit ipsa de qua dicit alibi. *Ipse creauit illam in Spiritu Sancto, & ante sæcula creata sum.* Cum non sint idem Dominus, & possesio eius, quæ cum eo erat. Nam humanitas eius eo modo quo erat, non cum ipso erat , sed ipse erat cuncta componens; erat autem Mater cum eo , quia in carne eius erat ipse. Hanc intelligentiā supponit vetusta practica, & ordo Ecclesiæ,quæ textus de Sapientia,solum SS.Virgini applicat in suis festis, sine distinctione, & hoc ipsum cap. 8.Prov.in festo ad Nives,quod est quasi commune festivitatum eius;vnde ex vniversali consuetudine, cum

(1) S.Amb. apud Magist.3.d.11.

(2) Col. 1.

cum Scriptores, & Prædicatores literam Sapientiæ applicant Virgini probantes intentum, communiter aiunt; vt ait Ecclesia, vel vt ipsa Domina inquit.

Vide circa hoc §. 41. Totum dictum (& simul falsitas suppositi in censura *iuxta Sanctorum Patrum vnivocum consensum*) probatur. Supponit enim hoc cap. 8. Prov. nullo sensu posse intelligi totum nisi *de sola sapientia increata, vel incarnata.* Nã si aliquo sensu de SS. Virgine admittatur, nihil dicit, vt damnet. Ratio ibi est. Propter *SS. Patrum vnivocum consensum.* Sed propter sequentes Patres probatur falsum hoc, & supradictum. S. Bernardinus. inquit: *Nec dum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Salom. 8. c.* (sic incipit, Sermone de Conceptione, docens Virginem loquentem ibi.) *Vt hodiernæ festiuitatis Conceptionis SS. sermo introducatur, tali authoritate vtor. videlicet. Qui elucidant me vit. æt. hab. supple, ab omnibus inquinamentis Eccli. 24. & loquitur ad honorem tantæ Virginis ... Elucidemus eam in nostro themate. Nec dum erant abyssi &c.* (hìc nexuit omnia verba Sapientiæ indistinctè loquentia de Maria) *supple in mente Diuina, vt essem Mater filij Dei benedicti, electa eram, sine originali, actuali, &c. Tria sunt videnda. Primo. Possibilitatem Conceptionis, & hoc ex parte Dei operantis. Quare dicitur. Necdum erant abyssi. Secundo. Congruentiam ex parte Dei ordinantis. Quare sequitur. Et ego. Tertio actualitatem, ex parte Virginis revelantis. Quare concluditur. Iam concepta eram.* Quomodo autem intelligit illud Virginis revelantis. infertur infra §. accedat. *Quarta authoritas est illius Sapientis Salomonis, in persona Virginis dicentis de ea, ab æterno ordinata sum. Prov. 8.* (3) Ita Incipit sermonem Petrus Aureolus. *Non dum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Prov. 8. De Conceptione immaculatæ Virginis tractari, quæ se videtur innuere, in hoc verbo, absque originalibus conceptam tenebris, & abysso cuiuscumque peccati, &c.* (4) Sixtus 5. nondum Sedens serm. de Concept. *Eo quod stella sit dicit Epistola,* quan-

(3) *S. Bernardin. serm. de Concept.*

(4) *Aureol. tract. 5. de Concept.*

quando præparabat cælos aderam. (hæc est vsa consuetudo Ecclesiæ.) *Prov.* 8.& infra.par.2.§.fuit. *Fuit igitur concepta mente Diuina. Quia in mente æterna dicit Scriptura, ab initio, & ante sæcula creata sum. Quia in intellectu Angelico. dicit. in habitatione sancta. Quia fuit in mente humana: dicit. Nond.er. aby. & ego iam Conc. eram. Non erat mors, quando cognita fui in mente Adam* (5) S.Alb. Magn. *Audite me. Prov.* 8.6. *tamquam Matrem filij. Quoniam de magnis rebus locutura sum. Dominus possedit me. Quasi diceret. Magna sunt, quæ dico. Quia fecit mihi magna qui pot. est.* S. Petrus Dam. *Prov.* 8. *mecum sunt diuitiæ, & gloria. Per ipsum, & cum ipsa... Vt sicut sine ipso nihil factum est, ita sine ipsa nihil refectum est.* (7) Item quia censura addit *ad literam.* S.Alb.Mag. *Dominus possedit me in initio.* Inquit. *Ab initio temporis gratiæ, creata sum. ad literam. Quoad animam, vel creata, idest genita à Patre, & Matre* (8) Item Alex de Ales, & Landulphus, quos sequitur Episc. Cucharus. *Item Prov.* 8. *Necdum erant abyssi. & e.i.c. eram. Idest profunditates peccati originalis. & e.i.c. eram. idest. iam præseruata in mẽte Diuina ab omni peccato, & ab omni macula. Hæc expositio est Alexandri de Ales in ista authoritate. & in 3. lib. de vita B. Virginis. Et hoc, quia in eodem* 8. *cap. Ipsa Virgo dicit. Qui me elucidant vitam æternam habebunt. Elucidant, scilicet à peccato originali, & actuali, vt DD. nostri, & maxime Landulphus exponit: adducens istam authoritatem in tractatu de Conceptione.* (9) Item Ioann. Vitalis, Antiquus Dr. Paris. (cui olim commisit facultas de ipsius authoritate scribere. De qua etiam agit. li. 5. q. 1.) inquit. *Virgo Mater fuit specialissima possessio Sacerdotis Summi. Ipsa teste, secundum approbationem Ecclesiæ. Prov.* 8. *Dominus possedit me, &c.* (10) Virginem loquentem, ex approbatione Ecclesiæ, in 8. cap. Prov. ostendit. Ampliusque docet quod nisi de Christo, & Maria, non potest proprie exponi ipsum 8. c. quod ipse totum de Maria SS. immaculata exponit. *Salomon*

(5) *Sixt.* 5. *serm. de Concept. in proæmio.*

(6) *S. Alb. M. in Bibli. Mariana.*

(7) *S. Petr. Dam. ser de Annũtiat.*

(8) *S. Alb. M. li.* 4. *de laud. Virg. c.* 4. *litera- lit.* 9. *Alex. Ales. & Landulph. & Episc Cuchar. in suo Elucidario, par.* 2. *diuisione ex Ord. Prædicator.* §. *itẽ Prov.* 8.

(10) *Vitalis tract. de Concept li.* 3. *q.* 7.

lomon ait illud cap. Prov. 8. quod proprie exponi non potest, nisi de sapientia genita, vel de Sacra Virgine Maria, quia nulli propriè convenit creaturæ, vbi dicitur (verba damnata in hac censura, pro Maria) *Per me Reges regnant, &c. Sed proprie exponitur de Maria quadam proprietate notionali, quia sola ipsa inter creaturas fluxit à Deo, quomodo Mater Dei, & quomodo Domina omnium creaturarum. Sicut ratione emanationis dicitur propriè Sapientia filius in Divinis, & Spiritus S. propriè Charitas.* (11) Hoc idem dixit Mater de Agreda; vt etiam intellexit S. Augustinus. *Facta est enim Maria ianua cælorum sublimatio Apostolorum... Norma Principum. Iustitia Regum.* (12) Est etiam modernus Expositor Sylveira ipsum c. 8. de Maria intelligens. Ad illud. *mecum sunt, &c. tamquam si B. Virgo dicat meæ potestati commissa sunt omnia bona, vt illa dispensem, & distribuam.* Ecce duodecim testes Patres, & Doctores etiam Parisienses contra censuram: & eius falsitatis præcones. Possuntque addi Ss. Bernardus, Antoninus, Germanus, Idiota, Carnot, Mendoza, & alij, videndi, in Biblia Mariana in ipso c. 8.

(11) *Idem ib. li. 14. c. 8.*

(12) *S. Aug. apud Cucharum vbi sup. n. 9.*

(13) *Sylveira in ly. mecũ sunt Sap. c. 8*

ARTICVLVS 10. N. 330. & 382.

§. 29.

Litera damnata non est legaliter transcripta. Sed hæc est substantia. n. 330. quod Domino præcipiente, Angeli asportaverunt natam Vitginem, corpore, & anima; ex vlnis Matris Annæ, in Cælum Impireum, ad id, quod Dominus disponere volebat. & n. 382. quod eodem præcepto, & ministerio, hoc sæpe contingit.

CENSVRA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerariæ, & contrariæ

Verbo

Verbo Dei. Ioan. 14.2. *Vado parare vobis locum. Hebr.* 6. 19. & 20. *Spem habemus incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus.* & 10.19. *habentes fiduciam in introitu Sanctorum, in sanguine Christi, quam initiauit nobis, viam novam.* Hoc posset esse principium aliquod ad opinandum; ad damnandum nullum. Quid est hìc contra dictum de Maria? *Vado parare vobis locum.* Hoc non intelligitur localiter. Quia præcedit ibi: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Et æternaliter paratæ, vt inquit ibi Lyra. *Totum paratum est ab æterno. Secundum quod dicitur Mat.* 25. *possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi .... Ipsi autem electi indigent præparatione... Si abiero, &c. quia per ascensionem suam, donum Spiritus S. fidelibus misit, per quod præparantur ad constitutionem Beatitudinis.* Hinc sequitur quod fidelium communis præparatio fieri debebat per Spiritum S. missum, ad ascensum in Cælum. Ergo regula communis est, qua in censura mensa est Maria. Qua ratione, vel sinceritate? Cum sit de fide, quod antequam veniret Spiritus præparans, communi adventu, infideles, venit in ipsam, & supervenit; testante Angelo. Vbi Lyra *Bene dicitur superveniet in te. Quia prius venerat Spiritus S. super Virginem, adhuc in vtero Matris....à peccato originali præservando.* Ergo ex tunc præparata erat ad gloriam. Qua fide Censores fatentur præservatam, quam in iudicio rigoroso fidei, nulla ratione distinctionis inventa, inter omnes iudicant; quæ sola est inter omnes benedicta in Euangelio? Si hæc enim argutiæ tenent (vt videtur supponere censura, & ideo circa misterium hæsitare) neque eam excludent à peccato illius, *in quo omnes peccauerunt.* Non sic infert S. Anselmus. *Licet assertor puræ veritatis Paulus dicat, in Adam omnes peccaverunt, tamen cum eminentiam Virginis Mariæ considerat, sic eam, non intra omnia, sed super omnia esse considerat.* (3) Quis est inter omnes super omnia, nisi, *Christus secundum carnem, qui est super*

(1) *Lyra in eodem textu.*

Lyra. Luc. 1.

(3) *S. Ansel. de Concept. ap. Cuchar. & monumenta dicta f.* 739.

Rom. 9. 5. *super omnia Deus*. Non ergo regulanda est Maria, humana regula, nisi prima. Vt probat Petrus Thomàs. *Regula prima pro immunitate. In omni propositione, quæ Christum à peccato excipit, intelligitur excipi Virgo Mater, nam Augustinus, in serm. de Assumpt. probat quod Virgo excipitur à maledictione primi Parentis, quia ab illa excipitur de Virgine sumpta natura. Ergo si probatio Augustini valet, in omni propositione, &c.* (idem sequitur in hac propositione, quod viator non ascendit in Cælum, & excipitur homo Deus, & ideo Mater. De quo infra.) Vnde infert. *Secunda regula: nulla propositio vniversalis in qua probatur obiective peccatum, includit hominem Christum: ergo nulla talis includit Virginem* (quod infert ex identitate carnis, sic) *Confirmatur. Augustinus, in eodem sermone dicit sic. Putredo namque & vermis humana est opprobrium conditionis, à quo oprobrio, cum Iesus sit alienus, natura Maria excipitur, quam Iesus de ea suscepisse probatur. Caro enim Mariæ, caro Iesu. Hæc ille.* Quæ ergo in gratuitis cum Iesu numeratur sola, male in communi clauditur consequentia; & quicquid gratiæ Christo incompatibile non esset, illi non potest negari, cuius plenitudo, potius quam similis, est eadem.

(5) Pet. Thom. de Cōcept. li. 3 c. 2. in monum.

Idem ibi c. 3. etiā cum August.

Est textus alius censuræ. *Vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introivit Iesus* (& sequitur) *secundum ordinem Melchisedech, Pontifex factus in æternum.* & 10. 19. *habentes fiduciam in introitu, Sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam* (& sequitur) *& viventem per velamen, idest carnem suam, & Sacerdotem magnum, &c.* Vt ibi ait. *v.* 11 *per amplius, & perfectius tabernaculum.* vbi Interlin. *Cælum.* & Gloss. *Carnem... Sacerdos autem, quid pro nobis obtulit? nihil mundum invenit in hominibus, quod offerret pro eis. Seipsum itaque obtulit. Ecce munda, & fælix, & vera victoria: Carnem enim de vtero Virginis accepit, vt munda offerret pro immūdis.* Voluit Censor (si vnus dicatur, potest credi) vnire ex duobus

(6) Gloss. & Interl. Hebr. 10. 11.

bus locis. *Præcurſor pro nobis introiuit.* Et *initiauit nobis viam novam.* Vt aſcenſionem tantum intelligas. Ideo vtrobique cenſura conſulto literam ſecauit; quæ de ſua carnali oblatione, à ſe Sacerdote mundo oblata, loquitur. Viam autem novam, & cæleſtem, per novam carnem conſequenter enuntiat; dux etiam ipſe, & præcurſor fuit, ad paſsionem, & etiam ad gloriam. Sed miſteria ſunt diſtincta, licet relativa, & hic ſpecialiter figuratur per Melchiſedech. Cuius typus formaliter in oblatione terminatur. Quare Interlin. invenit *Cælum*, vbi Gloſſ. *Carnem*? Eſt: Quia caro illa nova, cælum nobis, & cæleſtis eſt, & ipſe via eſt ad cælum: vt diſtinguitur ab Adam, & verum fit. *Primus ho. de te. ter. ſec. ho. de cælo cæleſtis.* Et ecce nova, & munda oblatio. *De Cælo cæleſtis. Carnem enim de vtero Virginis accepit, vt munda offerret pro immundis.* Non enim quia *præcurſor pro nobis introiuit*, & hcc. *In introitu Sanctorum, in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam novam, & viuentem per velamen, ideſt carnem ſuam*, putes quod ſolus abſolute, introiuit, & initiauit; vt Mariam excludas, aut ſepares ab eo iugiter inſeparabilem. Quia *initiauit nobis viam per carnem ſuam*, quæ Mariæ eſt. Audi S. Catharinam Senenſ. *Redemptrix humani generis, eo quia carne eius patienti in Christo, redemptus eſt mundus.* (7) Audi, & S. Antoninum. *Redemptrix hominis perditi.* (8) Sed & S. Chriſoſtomus, magis ad rem, etiam aliquo modo, eam perſonaliter cooperantem oſtendit. *In paſsione Chiſti duo videbantur altaria; vnum in pectore Mariæ, alind in Chriſti Corpore. Chriſtus carnem, Maria animam immolabat. Oportebat quidem, & ipſa etiam carni ſuæ addere animam; & elevatis in Cruce manibus, celebrare cum filio ſuo ſacrificium Veſpertinum; & cum Domino Ieſu, corporali morte, redemptionis noſtræ confirmare miſterium* (& addit proprium effectum cooperantis) *vt quod Mater peteret, filius approbaret, Pater donaret.* (9) Ergo cum filio etiam introivit, licet *ſecundum modum ſuũ*, ex

(7) *S. Cath. Sen. in 11. ſuarum orationum quam Romæ habuit in die Annũt. an.* 1379.

(8) *S. Antonin. par. 4. tit. 15 c. 44.*

(9) *S. Chriſ. tract. de paſsione*

ex ipſo, ibi addens *carni ſuæ animam*; ne carnem ſuam ſolam, ſed etiam animam ſuam pertranſiret lancea ; vt ait Bernardus, in officio dolorum. Igitur textus cenſuræ, velit, nolit, nunquam ſupponit clauſas Virgini portas Cæli, ſed ſemper apertas. Nam cui gratia Redemptricis, & ingreſſus ad conſortium redimendi (quod eſt eſſe *mediatricem*, & *advocatam*, vt fatetur ipſa cenſura in præambulo) non implicat; nec in Cælum ingreſſus. Quia non ſtat, ſibi portas fuiſſe clauſas, quando ad cæteris ipſa aperiendas vocatur. Vt canit Eccleſia. *Paradiſi portæ per te nobis apertæ ſunt.* & S. Alb. Magn cum S. Aug. & multis PP. *Porta Cæli, per quam omne genus humanum ad ſummam felicitatem Dei Patris introductum eſt.* Implicat etiam, cuius erat caro decens, vt in Verbo ſubſiſteret, non eſſe, vt in cælo aſsiſteret: Decens autem quia cæleſtis, quomodo vnquam cælo extranea, & nobilior?

(10) *S. Alb. M. ſup. miſſus eſt. c. 9.*

§. 30. Inſuper. Si Doctores cenſurantes, piè reſpicerent mundiciem illius carnis, hoc ipſum melius diſcurrerent; non enim ſufficit Chriſtianis quod de Matre Dei loquatur, ſi pie non audiatur. Vt in ſimili monuit Synaita: *Quod ſi aliquod nouum, & minus conſuetum de Virgine Maria, noſtra dictat oratio. obſecramus tam præſentes, quã futuros filios Eccleſiæ, ne inimico, inuido, malignoque animo, ſed fraterno audiant quæ dicuntur.* Sic non ſequærentur pertinatiam recalcitrantium, quibus non ſufficit ratio, quia nolunt intelligere. Hoc in iſto caſu, evidens eſt. Quia dificultas præſens, prius fuit Ven. Matris de Agreda, interrogantis SS. Virgini, in fine huius præſentis cap. n. 337. & ſequitur in titulo: *Reſpueſta*; ſcilicet quod cælum clauſum fuit per peccatum, & decreta redemptione, ordinatum fuit vt primus introiret Redemptor. Quod ſi peccatum non eſſet, ordo iſte non eſſet; & cum ipſi Virgini non tetigit peccatum, non fuit illi ob ex; ſed potius filius illam tractauit, vt Cæli Reginam. *Y porque de mi carne, y ſangre avia de veſtirle.* Hæc cauſalitas ex dictis , convinceret quem

(11) *Anaſtaſ. Synaita, lib. 1. in exam.*

quemlibet intellectum, ante voluntatem. Præcipuè ex §. 24. 25. 26. Si ergo nata Matre, caro Verbo infallibiliter vnienda, extra causas erat, existens in Matre, ab ipso distinctè cognita, & accepta; quæ, vi æterni decreti, iure ad gloriam, & Diuinitatem gaudebat: & si non creditur ipsam fuisse capacem ingrediendi in Cælum qua innocens, & qua Regina erat, credi debet propter pignus, ex quo fuit præservata; ad quod tendit ipsius responsio. *Y porque de mi carne, y sangre avia de vestirle.* Quod etiam attingunt verba S. Ambrosij: *Non mirum si Deus redempturus mundum, operationem suam, tunc inchoauit à Matre, vt per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore.* Ab ea redemptio inchoabatur *ex pignore*, quia redemptor fuit constitutus ex eius carne; & cum fructus redemptionis, seu salutis, sit gratia, & gloria: *Non mirum* quod *prima fructum salutis hauriret ex pignore.* Si ergo, modo congruo viatori, negatur Uirgini gloriam hausisse, Ambrosij mens negatur; nam alias, neque fructus haustus, neque ipsa prima fuisset. Sanctus etiam Hieronimus, sic intelligi voluit, in verbis dictis, & enucleatis §. 12. n. 8. *In Regni solio sublimata, post Christum gloriosa resedit.* Et collatum ly *resedit* (cum ibi dictis) cum sequentibus, se ipsum explanat. *Plena siquidem gratia, plena Deo, plena virtutibus, non potest non possidere pleniter gloriam claritatis æternæ, quam plenissimè accepit; vt Mater fieret Salvatoris.* Ex cuius mente non potest negari, ipsam, plenitudinem gloriæ, aliquo modo, ante Salvatorem accepisse, vt ipsum gigneret, sive, *vt Mater fieret.* Vnde in assumptione dixit, quod *resedit.*

(2) *S. Amb. sup. Luc.*

(3) *S. Hiero. serm. Assumpt. ad Paulam, & Eustoch.*

Licet autem totum dictum gloria Matris sit, ex gloria filij redundat, quia *ex pignore* est. Virtus huius virgæ, est *de radice Iessæ.* Et sic oportebat: Nam si opus *inchoavit à Matre*, possessionē naturæ inchoauit in eius carne, vt dixit: *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Vt novus Adam inchoavit possesionem in nova muliere, vt prædic-

tum

tum erat. *Qui possidet mulierem bonam inchoat possessionem, adiutorium secundum illum est, & columna, vt requies* (& immediate prius) *non est vir il!ius secundum filios hominum.* (4) Inde à fundamentis dicitur *Ciuitas Dei* de qua non solum magna, sed *gloriosa dicta sunt.* Vidit enim eam Ioannes, *nouam descendentem de Cælo à Deo paratam, sicut Sponsam ornatam viro suo.* Et erat descendens *tabernaculum Dei cum hominibus, &* (non habitat, vel habitavit inquit, sed) *habitabit cum eis.* Et cum terrestris esset quid est quod descendit, nisi quia ascendit prius, tantum quod *inuenit gratiam apud Deum*; & ipsius gloriam ipsumque Deum. Scilicet, *gratiam increatam.* Vt ait S. Antoninus (5) & ipse ad rem nominat illam. *Ciuitas à Deo parata, virtutibus, vt sua possessio.* (6) Et communis Civitas Dei, vt ait Aug. *Ciuitas Dei antiqua dicitur Psal. 86. Gloriosa de te dicta sunt Ciuitas Dei* (7) & ibi. *Ciuitas Dei initium habens ab Abel* (8) & eadē est in Psal. 86. (iuxta Patrum, & Ecclesiæ consensum) quæ est *Ciuitas in quadro possita Apoc. 21.* vt dixit S. Proclus (9) & etiam communiter PP. vna ipsa, & *Ciuitas, de qua non solum gloriosa dicta sunt Ps. 86. sed & dicuntur quotidie, & dicentur vsque in æternum*: ipso teste (10) nolente ponere modum, vel finem in eius laudibus: ideo ipsa est possessio filij; cum dicat Pater: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c.* Est quidem, quatenus est *Ciuitas in qua omnes electi mistice continentur.* Rationem ibi extendens S. Bernardinus. (11) & nominatim *Ierusalem.* Ex S. Augustino. (12) & *Ierusalem Santa.* Ex Ruperto. (13) & ibi. *Ierusalem vera*: & *Ierusalem Cælestis*: (14) & ex Dionis. Carth. (15) & ratio liquet ex Richardo à S. Laurent. *Ierusalem, quia sicut Ierusalem fuit Metropolis aliarum Ciuitatum Iudeæ, sic Maria omnium fidelium animarum, vnde dicit Eccl. 24. in omni gente, & in omni populo primatum tenui.* (16) Ita possidens *in initio viarum suarū* hanc *Mulierem bonam*, inchoauit *possessionem* in eadē Civitate Ierusalem.

Et

(4) *Eccli.* 36. 25. *Ps.* 86.
(5) *S. Antonin. p.* 4. *tit.* 15 *c.* 15. §. 2.
(6) *Idem ibi c.* 3.
(7) *S. Aug. in Psal.* 142.
(8) *Idem ibi*
(9) *S. Procl. de laud. Virg. l.* 2
(10) *Idem ibi lib.* 4.
(11) *S. Bernardin. to.* 3. *ser. de Assūp*
(12) *S. Aug. vbi sup.*
(13) *Rup. l.* 1 *commēt. in cant.*
(14) *Idem ibi li.* 6.

Et non in contrarium dicas, quod in communi sensu est Ecclesia; quasi hoc sit oppositum. Nam etiam in communi, prius, est Maria. Ecclesia enim non abstrahit à mẽbris; quicquid de ea probatur, vel non est, vel in membris probatur: & cum SS. Virgo sit primum, & nobilissimum; in quo genitalè secretum radicatum est, quia *in Virginis aluo Christus sua membra composuit*. Ex verbis his Augustini. (17) Ideo quicquid bonum ex filio participatum est, prius ei, & per eam cæteris est. Cui petimus. *Monstra te esse Matrem*. Est enim illa prima *domus Dei* in Scriptura audita, Gen. 28. reuelata incarnatione; quam ex tunc Iacob, simul *appellauit nomen Vrbis Bethel.* Et Dauid dictã participationem, per eam probans: inquit. *In domum Domini ibimus... Jerusalem quæ ædificatur vt Ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.* (18) Vna ergo est, sed ita magna domus, quod interior eius scala Cælum, & terram tangebat, ipsumque Deum, in qua cepit totam possessionem. *Quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus est, & non habet finem, excelsus, & immensus.* (19) Vnde prosequẽs S. Bernardin. illam sententiã nuper dictam. inquit. *In qua* (Civitate) 12. *Apostolorum nomina ponuntur, 12 prætiosorum lapidum fundamenta, & similiter 12. margaritæ: ex quibus sunt 12. portæ, quæ designant Patriarchas, qui omni lapide prætioso ornati sunt, & per quos fides venturi filij Dei, meritis B. Virginis, ad posteros pertransivit.*

Sufficiunt dicta, vt hæc Ciuitas Dei (qui est titulus historiæ vitæ eius, in libris Matris de Agreda) atque *Ciuitas Regis magni.* Sic S. Proclus, (20) sicut Dauid, debeat credi esse illam, quam Ioannes vidit descendentem de Cælo, *à Deo paratam* (seu præventam monilibus) *sicut Sponsam ornatam viro suo*, facta, *tabernaculum Dei cum hominibus* (quia ipse in futuro) *habitabit cum eis*. Quæ verba cum alijs, non ita planè respiciunt Ecclesiam, sicut Virginem, si distinguantur. Quia ipsa est Sponsa gerens

vicem

(15) *Carth. in Cant.*

(16) *Ric. à S. Laur. de laud. B. M. lib. 11.*

(17) *S. Aug. in die 10 Decemb lect. 6.*

(18) *Ps. 121.*

(19) *Bar. 3. 24.*

S. Bernardin. vbi sup.

(20) *S. Procl. vbi sup. lib. 11.*

vicem pro natura, & Ecclesia, de qua potest verificari descensus de Cælo personaliter, & ascensus: iste, vt pararetur in Cælis; ille vt sponsaretur in terris. Et illic ex visione Dei frueretur gloria, in aliqua mora, *quam plenissime accepit, vt Mater fieret Salvatoris*. Et hìc *prima* (vt primũ opus redemptoris) *fructum salutis hauriret* (sinon ex dignitate Matris, vel Reginæ, saltem) *ex pignore*. Nam caro in Matre, ad Verbum relata, erat partialiter, & initiatiue Christus, secũdum materiã numero, & potentia proxima, in naturæ fine, soli Mariæ genitam; in decreti fine, Christo in Maria provisam. In quo reali sensu, de facto in ea inchoauit *possessionem*, secundum Ecclesiasticum, non solum naturæ in terris, sed sicut *Rex gloriæ*, qui personaliter existebat, in cælis. Et in ipsa Matre, hoc sensu, intelligibilis sane est ascensus, & descensus filij, dicentis: *Nemo ascendit in Cælum, nisi qui descendit de cælo*, quod de futuro intelligunt non nulli PP. & alijs negans, de se concedit, ipsum ascendisse: indeque ex possessione sumpta, in patria sua, secundum materiam, dicendus *homo de Cælo cælestis*. Et denique, quamvis Textus, & Patres aliter posśint intelligi, nihil obest quod alio sensu sic intelligantur; cum sit finis decens, & fidelis, quod caro infallibiliter Deo vnienda fuisset asportata honorifice ab Angelis, in Matre, ad conspectum SS. Trinitatis, cui nihil est futurum: & ibi Mater glorificata, *ex pignore*.

Si autem nihil horum voluerunt censores discurrere. Cur non viderunt responsum, huic dubio præventum in ipso libro, & loco? Si viderunt, quare etiam responsum non damnarunt: aut retulerunt cur responsum dictum in §. præcedenti, non potuit esse SS. Virginis; neque rationem eius satisfacere suum fundamentum? Cur etiam non viderunt super hoc notam 26. ibi in margine citatam, quæ plenisśimè, & latisśimè arguit, vrget, & solvit omnem difficultatem, communi Theologia, & opinione. Et quia libellatores hoc legere noluerunt, vel impugnare non potue-

tuerunt, denuo has propositiones detulerunt , ad quod noviter satisfacit Religio Minorum, in dicto libello: *Satisfacion por la Religion*, Reparo 16. n.330. in eadem prima parte. Vbi refertur ex p.3. n.622. alia interrogatio Vener. Matris, ad SS. Virginem; an scilicet, credent legentes; & reddit dignum sibi responsum istud. *El que hiziere de mi digno concepto, y aprecio, no hallarà dificultad en darte credito: porque entenderà la proporcion, y correspondencia, que tienen todos los beneficios que escrives, con el de la dignidad de Madre de Dios, à que todos corresponden, porque su Magestad haze las obras perfectas. Y si alguno duda en esto, cierto es que ignora lo que Dios es, y lo que yo soy.* Et cum ibi nova, docta, & Catholica sit satisfactio, in sensu literæ (quæ visa fuit in Senatu Fidei in Hispania, & postea in Sac. Congregatione, non inutiliter, vt fuit, & est expertum, neque ignorata à tota facultate, omnium admiratione: nam pij, & Mariani DD. sciebant, nec tacebant) his non obstantibus damnatur à nominata literaria facultate, quæ, ideo, debebat convincere irrefragabiliter fundamenta errorum damnatorum; Concilia, & Patres imitans: neque doctus styllus est, opponere textus , ad damnandum, qui præventi sunt in ipsa nota 26. & efficaciter soluti: quod, saltem in opinione fundati, sufficit, vt damnari, vel sperni, rationaliter non possint; nec fideliter; cum facultas opinandi, non superet opinionem. Et si hoc attenderent , non esset occasio facultatem ipsam formalem scrutandi, vt inveniatur quod in hoc casu nulla est. Nam licet absque replica, certa esset authoritas eius quam probat, vt dictum est §.2. tamen post Concil. Lateran. cuius litera data est ibi; nulla ei absolute mansit, ad cognitionem quamcumque, ex tunc, super revelationes; quarum forma completa iudicij, data est ibi, ann. supra 120. post illum casum Montesoni, ob quod probatio illa fuit facta.

Insuper in ipsa nota conuincitur erudite, à priori, & à sufficienti partium enumeratione, quod ingressus SS. Vir-

ginis in cælum, in corpore, & anima, & visio intuitiva Dei, viuentis in mundo, & ante incarnationem, per transitum, non implicat de potentia ordinata, & probat. Non pro statu viatoris. Nam Angeli in cælo viatores fuerunt, ante incarnationem, redempti tamen præservativè (ex loabili opinione, pro qua est S. Bernardus) Non ex conceptu visionis intuitivæ; dum conceditur Adæ, Moysi, & alijs; ac communiter SS. Virgini. Non, quia corpore, & anima. Quia conceditur S. Paulo. Non denique, quia ante ascensionem. Quia convincit ratio data in responsione SS. Virginis. Cum notum sit, quod portæ cæli clausæ fuerunt propter peccatum; quo non dato, non esset ordo datus, quod prior introisset Christus; neque esset captivus, neque Redemptor, qui *captivam duxit captiuitatem*. Hoc privilegium prioritatis, est inter captivos; vnde, quia ipse præservauit Matrem à captivitate (vt clare inquit ipsa

(1) *Baru.* 4. 10. Civitas Dei, loquens vt Sion, per Baruch. *Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum... quia declinauerunt à lege Dei... Ambulate filij ambulate: Ego enim derelicta sum sola... ego enim speraui in æternam salutem vestram, & venit mihi gaudium super misericordia, quæ veniet vobis ab æterno salutari nostro. Emissi enim vos cum luctu, & ploratu, reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio, & iucunditate, in sempiternum.*) Mansit in iure

(2) *S. Bern. serm. de Natiuit. qui incipit de gaudijs ad gaudia.* re suo, Adæ innocentis. Vt dixit S. Bernardus, promissus sup §. 6. *Caro Virginis ex Adam sumpta, maculas Adæ non admissit.* Ideo non accidit illi naturæ impedimentum ad ingressum in cælum, sicut cæteris accidit, cum peccato. (Quis est qui credit hoc, & rationem posit negare? Si autem ratio, & veritas est, cur non potuit SS. Virgo eam revelare?) Sicut ergo peccatum, & exilium de Paradiso, & patria, est naturæ accidens, etiam beatitudini est accidens locus, vel Cælum Empyreum: quia anima Christi fuit semper in terris beata. Sicut Angeli multi beati nobis adsunt. Et SS. Patres Christo spirante, fuerunt beati, ante

lius ascensionem. Vndè Beatitudo hominis non in Cælis, sed in terris fuit orta; ante resurrectionem Christi, & post, diebus quadraginta; sicut Dauid desiderabat, *vt inhabitet gloria in terra nostra.* Visio enim est principale; locus, & cælum accessorium ad gloriam. Minus ergo privilegium fuit, quod Virgo SS. in Cælum fuisset assumpta, quā quod Deum intuitive vidisset viatrix, absque permanentia vtrumque. Cur hoc fuit possibile, & non illud?

Qui autem est primatus formalis Christi, & singulare privilegium Redemptoris post peccatum, in quo Mater, quia redempta, non exequat filio? Primùm, & excellentius est, quod quomodo, & quandocumque rationalis videat Deum, sit in Christo, & propter Christum. Secundū quod nemo viator fruatur beatitudine formali, quæ permanentiam, & securitatem includit, sicut ipse habuit ab instanti suæ Conceptionis, in spiritu. Tertium, quod nemo prius in tempore haberet illam formalem ante ipsum, vel in Cælo, vel in terra, ex hominibus. Sicut à simili, qui ante ipsum resurgentes breviter vixerunt, non derogant privilegio primogeniti mortuorum. Ideo dixit Cardinalis Capisuco: *Ad salvandum privilegium singulare Christi, sat est quod, nulla anima rationalis viderit permanenter Diuinam essentiam, in hac vita, qui vero ad brevissimum tempus, & per modum transeuntis, Divinam essentiam in hac vita viderunt, non habuerunt privilegium illud Christi.* Idem sequitur de ascensu eius in Cælum ante omnes. Cui privilegio non derogaret ascensus alterius, per transitum. Quod si non fuit concessum alij nisi matri: quid mirum? in quantis nullam similem visa est, nec habere sequentem? Ex quibus sequitur quod de potentia ordinata non implicat ascensus SS. Virginis in Cælum, in corpore, & anima ante incarnationem, ex eius originali immunitate, transeunter, etiam glorificata visione, & fruitione Dei. Quia non habuit maius inconveniens dato Adæ peccato, quam non dato; & quod habuit solum

(3) *Capisuc. controu.* 10. § . 3.

fuit ſtatus viæ, quatenus etiam in ſtatu innocentiæ eſſet inconveniens; ſed hoc de facto diſpenſatum eſt cum S. Paulo, cui etiam poſt aſcenſionem, non erat aliud inconveniens quam viatoris: ex cuius verbis, *ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit*. Patet, quod vel fuit in corpore, vel dabile iudicauit, quod fuiſſet: Ergo talis diſpenſatio, cum potentia ordinata eſt compatibilis. Ad quod adde ex prædictis, quod licet hoc fuiſſet ante incarnationem verbi, non fuit ante carnem Verbi; ſenſu dicto. Et prov t honor in recto fuit ipſi carni, provt hæc filio erat; & in obliquo, prout Matris; & quia vna (tunc indiviſa, ſed à Deo diſtinctè cognita) abſque vlla diſpenſatione potuit hac ratione, evenire; nam reſpectus ad Verbum non compatitur cum impedimento diſpenſabili. Liquet ergo reſponſionem tributam in litera SS. Virgini, abſque obice, ſuam eſſe poſſe, & veram: ex duobus fundamentis, quibus fundatur: vnum quod eſt veritas Catholica (vt probatum eſt) aliud de fide Catholica primum eſt quod nullum peccatum habuit; in quo optime fundatur ei non fuiſſe clauſas cæli portas; ſicut cæteris, ſi non eſſent lapſi. Secundum, quia Verbum ex carne ſua erat indutura: quod eſt fundamentum primi. q. d. vel credent propter primum, vel propter ſecundum. Et adhuc vi ſecundi; vel credent liberum ingreſſum, propter carnem, quæ erat Dominæ Reginæ; vel propter ipſam quæ erat Domino Regi; vel propter vtrumque. Ex his ſolidis fundamentis gravißimi Doctores antiqui, & moderni concedunt quod SS. Deipara bearetur, licet non in Empyreum, ſi Chriſtum mortua præcederet. Ad quod ſimpliciter ſufficeret primum fundamentum. Hoc tenent Ioannes Gerſon, & Epiſcop. Robertus Lizio, (4) & alij citati in ipſa nota 26. in qua notatur, hanc ſententiam fuiſſe receptam in Schola Pariſienſi an. 1530. & facile infertur, cum Gerſon ſit lumen illius Scholæ. Sed amplius tenuit Ioannis Vitalis Minorita: dicens: *Sacra Virgo, ſi fuiſſet mortua ante Filium, degi*

(4) *Gerſon. ſerm. de Concept. Rob. Lizio ſerm de Cõcep.*

pri

priuata ducta, non minus fuisset sibi aperta ianua cæli, quam tempore viæ, in qua vidit Deum clare per essentiam, aliquando, non minus quam Moyses in monte, & Paulus in raptu. (5) Et idem habet Franciscus Martini Carmel. Doctores ambo eiusdem Paris. facultatis, in sæculo 14. qui non invenerunt, à principio, incompatibile cælum, cum iustitia originali. Neque cur Deus in termino cælum negaret, cui in via ad terminum, se ipsum nullo modo negavit. Quare igitur modo, SS. Virgine asserente, non credunt Doctores, quod illi eiusdem Scholæ ante ipsam revelantem crediderunt? Imo, & magis Quia hoc esset beari formaliter, & in Cælo, ante Christum. Si omnes sapientes, cur isti ceperunt magis, Virgine tacente; & illi non capiunt minus, ipsa loquente? Quia neque cum Patres, & Ecclesia capiunt, quod ipsa Domina, aut in eius persona, dicat litera, cap. 8. Prov. *Filij audite me, & stote sapientes.* Hoc credere de B. Virgine damnarunt in articulo nono: Ideo neque ipsam revelantem capiunt, vnde non credunt. Et de talibus dixit S. Thomas: *Sicut igitur maximæ amentiæ esset, Idiota, qui ea, quæ à Philosopho proponuntur, falsa esse assereret; & propter hoc, quod ea capere non potest; ita, & multo amplius, nimiæ stultitiæ esset homo, si ea, quæ Diuinitus, Angelorum ministerio revelantur, falsa esse suspicaretur, ex hoc quod ratione investigari non possunt.* (6) Et si possent, & de facto ab aliorum ratione se investigari permittunt, quid diceret?

(5) *Ioan. Vital. de Concept. c. 10. & est in monument. antiq. Seraph. & Franc. Martini in Compend. veritat. Immaculatæ Concept.*

(6) *S. Thom contra Gent. li. 1. c. 3.*

ARTICVLVS 11. N. 344.

§. 32.

Litera Gallicè damnata. *La Concepcion de la Bienauenturadissima Ana fue tan pura, y limpia, como convenia à su Diuina Hija, cuya pureza recayò sobre la Madre. Bien que*

ella no tuvo necessidad por esta ocasion de alguna otra purificacion. No obstante satisfizo à la deuda comun de la ley: lo qual cumpliò puntualmente. Y assi esta Madre, que era essenta de las cargas, que la ley imponia, tocante à la purificacion, passò por immunda à los ojos de los hombres.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, & Verbo Dei contraria.

Litera non est verax. Non dicit Hispana *la concepcion*; sed dicit *el parto*. Neque dicit. *Era essenta de las cargas que la ley imponia, tocante à la purificacion*; sed dicit: *aunque por esta causa* (scilicet *el parto puro, y limpio*) *no tenia necessidad de otra purificacion*, &c. *estaba libre de las pensiones que la ley mandaba purificar*. Propositio ergo est de partu, pro cuius mundicia non carebat SS. Anna alia purificatione; purgata igitur supponitur in litera, in partu ipso. Et quomodo mundus, & ipsa purgata, cum ex ipso partu fœmina sordescat? Est namque duplex purgatio, ait S. Bonaventura: *Vna quæ fit à fæditate peccati, alia vero à vetustate corruptionis: siue naturæ corruptæ.* (1) Vnde cum partus esset mundus, ante ipsum supponitur purgata, non à peccato, sed à vetustate corruptæ naturæ; quod fuit idem quod præservatam esse à naturali sorde partus. Quod optime fecit senilitas, & sterilitas. Ex quibus naturalis est defectus menstrui; & quæ per miraculum concepit, consequens videtur sanguines necessarios habuisse, & non superfluos. Virtus enim superior, quæ supra naturam materiam concessit ad mundissimum fætum; nulla ratione sequitur, quod etiam ad immunditiæ excessum providere deberet. Imo in congruum est quod terminus miraculi (quod ex traditione creditur) sordem attigisset. Hæc tamen purgationis species, est quædam dispositio, aut præparatio ad maiorem perfectionem, huius carentiam

(1) S. Bonavent. in 4. d. 47. par. 2. q. 3.

pur-

purgans, seu tollens, vt addat quid perfectius. Vt cum Landulpho dixit Episc. Cucharus. *Hoc patet. Certum est enim quod purgare, perficere, & illuminare sunt actus Hierarchici, quos exercent Beati Angeli inter se, & bonis, & perfectis viris, in quibus nulla ponitur macula, licet ista purgatio præsupponit, ignorantiam in purgato, à qua Angelus revelans purgat ipsum reuelando ignota.* Quo sensu, inquit. *Damascenus dicit. Spiritus S. superuenit in Virginem purgans ipsam: cum annuntiabatur, tamen constat, quod tunc nullam habebat maculam.* Vnde manet intelligendum, hanc purgationem fuisse, *à vetustate corruptæ naturæ*, ex distinctione dicta Doctoris Seraphici. à superfluo scilicet sanguine, ex cuius sorditie dicuntur in lege immundæ parturientes, Quid ergo in hoc falsum, & temerarium est? Quid Verbo Dei contrarium? & quod verbum? Non potest videri immediatius oppositum, quam in ipsa lege Leuitici 12. de qua loquitur litera. Dicente Deo, de muliere, quæ masculum, vel *fæminam pepererit immunda erit, &c.* à qua lege, qui nullum privilegium volunt credere, nullum individuum volunt excludere; neque SS. Virginem. Quos ibimet nominat Haye in Bibl. max. (4) sed quia certum est (vt tenet Ecclesia, puerperæ Virginis festum celebrans) quod ipsa sit exempta, sequitur per naturalem connexionem, quod in priuilegijs filiæ, in matris vtero concessis, fiat in sua linea, congrua ad Matrem cooperantem extensio.

(2) *Cuchar. in Elucidar. par. 2. divis. sequunt. notanda §. sciendũ etiã.*

(3) *S. Damasc. li. 3. super Luc. 1.*

(4) *Haye in Bibl. Max. in Leuit. c. 12.*

§. 33. Ratio in præsentiarum est. Quod profluvium sanguinis istud, provenit à peccato originali, vt pœna sexus, sicut comes dolor partus. Non enim congruum esset in statu gratiæ, ex Matre impolluta, pollutum fœtum oriri; & in corpore immundo, mundus prodire spiritus. Imo inquit Deus. Leuit. 15. *Mulier, quæ redeunte mense, patitur fluxum sanguinis septem diebus separabitur... & die octauo offeret pro se Sacerdoti duos turtures... qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum. Rogabitque pro ea coram*

Do-

Domino, & pro fluxus immunditiæ eius. Si ergo quivis fluxus muliebris, licet non sit, supponit peccatum, nullus esset in statu innocentiæ. Non autem hoc fuit vnquam lex punitiva expressa. Ast quod fuisset tacita ordinatio authoris Naturæ, patet in medula dictæ legis. Dicit enim: *Immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruæ* (perspicuum est quod ibi non decernitur, sed supponitur menstruum in omni parturitione; & quod ipsa passio, qua communis, est ab Authore, & qua immunda, non illi grata; & sic non à tempore gratiæ) *& die octauo circuncidetur infantulus: ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ* (qui sunt quadraginta dies, pro masculo) *omne Sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. Sin autem feminam pepererit immunda erit duabus hebdomadibns, iuxta ritum fluxus menstrui: & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ* (qui sunt octoginta dies pro fæmina) *cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, sive pro filia deferet ... turturem pro peccato ., & tradet Sacerdoti: qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à pro fluvio sanguinis sui.* Hæc omnia veniunt ad intentum. Si quæras, cur tantum distat emundatio sanguinis 40. ex masculo, 80. ex fæmina? Parum efficaciæ pandunt expositores. Sed quod ita euenit probant cum Valesio de Sacra Philosophia, & Hippocrates, & alijs: vt Estius, & Tirinus. ibi (1) Ast si quæras ex Philosophis, cum Theologo Morali circa peccatum abortij: *Quando proles animetur?* *Respondet Couarr. Mares animari die 40. à conceptu. fæminas, 80. & ita communiter sentire DD.* Hæc Diana (2) & cum peccatum originale, certum sit contrahi, in ipso animationis instanti temporis. Mathematica est æquiparatio in natura, fætus infieri, & purgationis, & manifesta Authoris manus in horum collusione, & proportione. Nam eodem numericè die terminatur vtrumque, suo respectivè sexu. Primi au-

(1) *Estius, & Tirin. ap. Haye ibi.*

(2) *Diana part. 7. tr. 5. resol. 6. & in Summa. v. abortus.*

autẽ terminatur in animationẽ; & consequenter in peccatum. De secũdo dicit lex. *Cumque expleti fuerint dies purgationis suæ...deferet...turturem pro peccato.* Sacerdosque, *orabit pro ea, & sic mundabitur à profluvio sanguinis sui.* Quæ verba, vt concedunt vnivocè glossæ ibi non permittunt intelligere oblationem, pro peccato filij; scilicet originali actuali, qui iam erat circuncidatus, & mundus ; ac forte mortuus. Sed pro peccato Matris.i.pro cruore, quia *sic mundabitur à profluvio.* Neque vllus concedit, ipsum pro fluvium peccatum formaliter posse dici ; cum sit infirmitas involuntaria naturæ; sed ipsa immunditia, dicebatur legaliter peccatum. Hic est sensus Haye in concordia, in ipso loco. (3) Et Menoc. ibi ait: *Eiusmodi erant tria illa immundorum genera. Numer.* 15 ...*leprosi, semini flui, & pollutus super mortuo,...qui tamen, vel ob hoc ipsum legaliter immundus existebat. Huius ergo eiusdem generis decernitur hìc fore immunditia mulieris parientis.* Et infra. *deferet agnum, non prolis editæ, sed pro ipsius purificatione.* (4) His non obstantibus, aliquam relationem agnoscunt intrinsecam, radicaliter, Doctores in hoc profluvio ad peccatum; quia dicit ibi Estius. *Non est autem iudicandum idcireo duplicari tempus immunditiæ, pro filio, quod mulier in prima transgressione gravius viro peccauerit, vt quidam putant: longè quippe probabilius est virum grauius peccasse.* (5) Et Lyra ibi inquit. *Sic mundabitur : scilicet à culpa, quæ non contrahitur in partu, sed in conceptu , in quo de communi cursu est aliqua libido inordinata : licet enim actus matrimonialis possit exerceri sine peccato : frequenter tamen contingit ibi inordinatio* (quod non potest intelligi de peccato libidinis si adsit illic, provt peccati originalis Adæ reatum est; quia sic esset, vtriusque sexus, qui æque esset immundus; & textus de solius fæminæ immunditia cruenta auferenda agit; neq̃ aliam supponit; sed provt reatum peccati mulieris est, cui annexum pro fluvium, sicut dolor est; dolor autem pœna expressa; sanguinis pollu-

(3) *Haye. in Leuit.* 12. *v.* 6. *&* 7.

(4) *Menoc. ibi.*

(5) *Estius ibi.*

 tio

tio tacita, & comitans. Vnde Lyra non tenet, quod immediate inquit) *Aliqui autem dicunt, quod offerebatur pro culpa originali, contracta in puero* (licet ablata in circuncisione) *pro remissione peccati præteriti.* (6)

(6) *Lyr. Levit. ca. 12. 7.*

Ex quibus liquido sequitur: illam purgationem à nullo proprie peccato fuisse, cum emundatio à pro fluvio erat, quod peccatum non est; sed quia pollutio naturæ erat, & immunditia, non à Deo in conditione, sed à Deo in punitione potuit provenire; vnde oblatio, non iubetur pro profluvio, sed *pro peccato*; qua, & oratione medijs, mundabatur à profluvio, non à peccato, quod transierat, sed ab illo reatu phisico, & memoria, consequentia, seu relatione ad peccatum, quod tunc odiosum, modo, Christo passo, Deo est impune; attamen peccatum ibi connotans, quia, in scriptura, reatus peccati originis, licet naturale, peccatum radicaliter est, & dicitur. Vt dicebat Apostolus. *Quod inhabitat in me peccatum.* Vnde providè sapientia posuit oblationem *pro peccato*, vt pro fluvium mundaretur, indicens hoc à peccato esse originaliter, in eo ipso, & in proportione numerica termini; nam à conceptu seminali ad vitalem; & à partu ad oblationem, idem est numerus dierum, in quovis sexu; sed primi terminus ast peccatum: secundi oblatio, & mundatio. Quia in ipso primo termino, perfecta organizatione, incipit superfluitatis cruenta pollutio, cum vita, & peccato: & sic est purgationis terminus emundatio cum oblatione *pro peccato.* Non autem lex ista de viri purgatione curabat, qui lege cruenta iam erat ab Abraham ligatus: cuius peccatum sanguinis signo, quo poluit conceptum, in ortu purgabatur: vt inquit S. Ambrosius: *Vides omnem legis veteris seriem fuisse typum futuri: nam & circumcisio purgationem significat delictorum.* Vnde quoniam in gratiæ lege, vtriusque sexus originaria sordes, per organa genitalia derivata, aqua mundatur, & purgatur, neque iam in viro cruor ex torquetur; neque in fæmina imputatur. (7) Est verò accura-

(7) *S. Amb. in die circunc. lect. 7.*

tè

tè obſervandum, quod hoc reatum immunditiæ, quantum ad hanc legem, non eſt inevitabile; non eſt mulieris ſimpliciter, ſed matris; Virgo enim dum erat, vel eſt, ab eo eſt libera; nam & in prima non fuit inventum ante maternitatem; ſed quia non ideo virgo excipitur ab immunditia, & peccato, vt alia declarat lex, ſequitur quod ſordes in Virgine ſuam originem reffert, in matre, prolis. ibi enim incepit pollutio carnis, vbi peccatum traductum: reſervat namque natura, concipiente fæmina, menſtrua ad formationem fætus, quo perfecto, redundant, & polluunt. Vnde proles, propter quam fit retentio, eſt cauſa finalis retentionis, & redundantiæ polluentis; quæ evacuatur cum prole, quod totum docent tot experiētiæ, quot generationes. Ibi denique incipit pollutio carnis, & ſimul ſpiritus, & vitæ. Peccatum autem Matris, licet ſupponitur, non adeſt, ſi fidelis eſt; quia tranſivit; reatum tamen menſtruum illi reliquit. Ergo peccatum actuale, quod comittat, & à quo oritur coæva immunditia, eſt peccatum prolis originale. Neque ex illa actione poteſt in Matre peccatum argui, cum ſit mere naturalis, & neceſſaria, ignotaque illi: ſicut inſtans animationis prolis: in quo perficitur conceptio activa, & paſsiva; Maternitas, & filiatio. Vnde qui tenent quod oblatio fiebat *pro peccato* propriè dicto, non dicunt matris, ſed prolis. Vt reffert Lyra. *Aliqui autem dicunt quod offerebatur pro culpa originali, contracta in puero.*

§. 34. Cum his autem ſtat, quod & ſi in prole carnis peccatum ſit ab Adam radicaliter, & carnis cruenta pollutio ab Eva, & ſint ex origine diſtinta; in effectu tamen ſunt ibi inſeparabilia; quia illorum caro propagata, ab origine fuit vna; & adhuc diuiſa ab Authore, ab ipſo fuit denuo coniuncta; vnde in carne non ſtat participatio Evæ, quin, & Adami; nec è converſo. Patetque ex tunc individuorum carnalis colluſio, quia illo, poſt eſum, libidinem ſentiente, illa ſimul, quam neſciebat, ſenſit. Et cum

hæc

hæc prediɑa ſimulraneitas, & coexiſtentia, cum vita ge-niti incipiat, neceſse eſt quod in iſtius origine, ſimul ſint ambo, ſi vnum eſt; vel ſimul abſint, ſi vnum abeſt. Quia vt dictum eſt, ſunt accidentia pœnalia naturæ, provt lapſæ, ab Authore, vt iudice, impoſita; à quo ſolo potuit tunc eſſe diſpenſatio, præſervatio, aut priuilegium; & in congruum, nonque ſapientialiter eſſet, vnum, & non aliud diſpenſare. Et potius In principali, & non in acceſſorio. Sunt enim peccatum, & reatus, quaſi cauſa, & effectus emanans; aut natura, & paſsio; & eadem ratio, vel congruentia petens vnius indulgentiam, petit, & alterius. Bene tamen conſpicitur, peccato abluto, reatum manere: ſicut vite cremata, fructum perſiſtere; in origine vero fuerunt ſimul; & hic de origine loquitur, in qua nequit dari fructus abſque vite, nec reatus, abſque reo, & peccato: hoc enim præcedit aliqualiter ex natura rei.

Eſt inſuper in natnra, vna caro, quam Author ipſe diuiſit in duo indiuidua, & adhuc diuiſa, non vero ſeparata, coniuncta manſit in vtero vno. Ex quo, vel ratio abeſt à mente, in amente, vel concedit quod iura illa, ex identitate orta, in duobus primis, debent correſpondere his, in illo preciſsè ſtatu, in quo, Author ipſe naturæ talem vnitatem, & diviſionem vtrobique ordinauit, & per ſe fecit. Nam aliàs eſſet æquitas in facto, & non in iure. Neque poteſt aſignari ſtatus carnis ſecundæ, minus decens, in quo non poſſet dici quod Deus hoc fecit; ſed debet altior concedi, quia primum creaturæ, hoc ſibi fecit. Ergo ſupponitur iſte ſtatus innocentiæ; & taliter ſymbolicum, ſimultaneum, & identicum ius carnis, quod accidens ſit idem, ſicut ſubſtantia; proveniens motus, vel quies inter ſe, à radice, vel capite: ita vt, ſicut Adam ſtante, & Eva peccante, nullum hæc ſenſit motum, quod illo peccante, illa ſimul cum eo illud ſenſit; ita & in iſta carne nullum ſit motũ, & tale ſit, quale ex radice, & capite debet incipere. Non enim negari poteſt quod Mater eſt virga de radice Ieſſe;

& qnod hæc est Christus. Sequitur etiam, quod sicut in illis primis caro vna, duplicem individuam originem habuit, primam in Adam, secundam in Eva: ita caro ista, primam in Maria secundam in Christo. Et talis debet esse vtraque origo, quod ad vtrũque posit respectivè referri.

Sed dices. Hoc non est ad rem, quia puritas conceptionis Matris, quæ inde sequitur, conceditur. Respondetur. Quod taliter conceditur, quod indirecte negatur (nota idē in alijs articulis) contra Bullam, & pœnas Alexand. VII. (1) & amplius, quia indirecte damnatur sententia, quam Ecclesia Catholica favet, festivat, & sequitur. Vnde necesse est misterium conceptionis fixum ostendere in eadē doctrina, ex qua, sicut ex misterio emanat solutio. Probatur. Quia tota propositio damnatur, in qua ponuntur hæc verba: *La concepcion de la Bienaventurada Ana fue tan pura, y limpia, como convenia à su Diuina hija, cuya pureza recayò en la Madre.* Supponitur iuxta probata, quod Mater de Agreda non scripsit *concepcion*, sed *parto.* Ast tamquam dictum damnatum est, vt *falsa* propositio, *temeraria, & Verbo Dei contraria.* Et vt super æquivocum non loquamur, distinguendum est. Duæ sunt conceptiones, vt dixit sup. S. Ansel. & Scotus (2) carnalis, & spiritualis. Loquatur censura de prima, vel de secunda, sequitur intentum.

(1) *Alex. 7. vid. sup. §. 25. ante n. 2.*

(2) *S. Ans. & Scot. sup. §. 25 n. 5. & 6.*

Si prima dicitur impura, & immunda: non est contra Verbum Dei dictum ex Levitico, quia ibi minime loquitur de immunditia purificanda conceptus, sed partus; non de semine, sed de sanguine, qui in conceptu primo, seu seminali non est. Ergo solum non esset pura illa conceptio ex peccato; & hoc non prolis, quia non erat, sed ex mixtione Parentum, propter libidinem; cum inter coniuges nequeat propter aliud esse. Et hoc est fundamentum in capite censuræ positum, ad ingressum censurandi, ex S. Bernardo. epist. 174. cuius verbis vtitur censura dicens. *Cum SS. Virgo falso non egeat honore, &c.* honor vero falsus ibi,

est

est puritas conceptionis illius, & fundamentum est hoc: *Inter amplexus maritales sanctitas? Quomodo peccatũ non fuit, vbi libido fuit?* Ergo si conceptio illa, impura deciditur, dum contrarium damnatur; & fundametum vnicũ dabile est peccatum libidinis, vt pura non sit; sequitur cõtra misterium, caute insidiosse, & indirecte pugnare, cum ipsa epistola, quam allegat censura.

At quam falsum sit, & disonum hoc fundamentum: contra veritatem,& Ss. Augustinum, & Anselmum, discusum manet sup. §. 6. hoc est, quod precissum sit, in actu coniugali, peccatum; & libidinem indecentem esse. *Licet frequenter contingit ibi.* Vt inquit Lyra sup. §. 33. n. 6. Neque in coniugali actione, est ratio efficax quod libido gignentium detur, quia stat, non ideo dari peccatum: imo dari meritum, in mistione iusta. Quod probat satis Ioannes Vitalis Dr. Paris. in Defensorio B. Virg. in tempore Montisonistarum(3) (quando simul pro ipsa Vniversitate, ipse Minorita scripsit, ab ipsa commissum: quando etiã ex contraria doctrina, contraria censura, huic simulatæ præsenti, æquo ardore, fuit prolata) sed quod in parentum coniunctione nihil indecens personale, aut naturale fuit inuentum, tenet Ecclesia, cum S. Damasceno, in festo Præsentationis, dicente: *Hæc etiam, per obsecrationem, & promissionem, Deigenitricem à Deo accepit... Itaque gratia (nam hoc sonat Annæ vocabulum) Dominam parit.* Et in festo S. Ioachimi. *Natura gratiæ fœtum anteuertere minime ausa est; verumtamẽ tantisper expectauit* (erat enim sterilis, & senilis, vt inquit in psius festo. *Exultet Sara senili gaudio gestiens, meumque, ab sterilitate conceptum prefigurans* (*dum gratia fructum suum produxisset. Siquidem oportebat eam primogenitam* (i. gratiæ) *in lucem edi... O beatum par Ioachim, & Anna! Ac profecto, ex ventris vestri fructu, immaculati agnoscimini; quemadmodum Christus quodam loco dixit. Ex fructibus eorum cognoscetis eos... castè enim, & sanctè, munere vestro functi, Virginitatis* the-

(3) *Vitalis in Defensorio B. Mar. li. 3. q. 1.*

thesaurum produxistis. (4) Ex quibus verbis nulla macula personalis in conceptu,& partu S. Annæ (neque in coniuge) manet suspicabilis,cum influxus,prius gratiæ,quam naturæ tribuatur, & ipsi *immaculati*, *munere suo functi*, prædicantur. Et cum hæ festivitates sint communes corpori Ecclesiæ, & ab ipsa, motu proprio, officia constructa, emanata, & promulgata; verba sua sunt illa;quibus electione vtitur,suam mentem aperiens: vnde totum dictum non potest esse falsum, nec temerarium, nec Verbo Dei contrarium. Sed consonum; quia talia sunt verba Matris Dei,B.Birgitæ revelata,teste suo confessore Dominicano, qui fuit Magister Mathias frater, lib.6.revelationum, dicentis: *Cum Pater meus, & Mater mea matrimonialiter conuenerunt, plus hoc obedientia, quam voluptas, plus operata est Diuina charitas, quam carnis voluptas.* Et concludit,eodem teste. *Ex Ioachim,& Anna Parentibus propagatam, scias me ab omni peccatorum sorde fuisse præseruatam* (5)Si ergo nominata facultas decernit impuram conceptionem Sanctæ Annæ primam in actu coniugali, falsa est, & impia censura, quia ibi, nec debuit esse, nec fuit peccatum vllum. nec sordes peccati.

(4) *Damasc in Breu. Nouëb. 21. & Mart. 20. & Jul. 26.*

(5) *S Birgita lib.6. reuelat. apud dicta monument. f. 628.*

§. 35. Si autem conceptio S.Annæ impura, dicitur pro secunda,quæ est animatio prolis:& impuritas est peccatum; vel est originale, vel actuale. Actuale non potest esse Patris, quia ibi nullam habet actionem; neque Matris, quia ibi non habet voluntatem, vel cognitionem; neque prolis,quia incapax est peccati actualis. Ergo solum originale est.Et hoc in prole contractum; & hoc est finis censuræ,quod in hac conceptione Annæ detur peccatum: quod tantum est filiæ. Si vero vltimum dicatur, quod conceptio hæc est impura propter sanguinis immunditiã: & ideo falsa, & temeraria propositio eam dicere puram, & mundam; & Verbo Dei contrariã: nullum est verbum Dei,de hoc loquens, nisi dicta lex Leuitici 12. & contra hoc verbum, non est, quia non loquitur de conceptu, nisi

de

de partu; & de huius tantum immunditie mandatur mulier purificari; taliter quod de ea, quæ cõcepit, & abortivit, licet immunda, & cruenta maneat, non loquirur; ibi. Si ergo, non de ea quæ conceperit, est lex: & verba damnata partum non ponunt, sed conceptum: quod hic dicatur purus, & mundus, non est contra verbum legis, in qua solum declaratur immunda, quæ pepererit. Adhuc potest dici. Non respicit damnatio censuræ formaliter verba illa *La concepcion pura, y limqia.* Sed illa. *Aunque por esta causa no tenia necessidad de otra purificacion.* Et illa. *Estaba libre de las pensiones, que la ley mandaba purificar.* Hoc est vltimum quod potest iustificare censuram. Sed ex hoc ipsa amplius damnata manet. Quis non videt quod hæ sunt duæ propositiones separabiles, vel tres: & quod censor erit iniquus, qui vnam veram, & aliam falsam, assumat pro vna damnando absolutè. Quid clarius contra misterium Conceptionis potest dari, quod legere damnatam propositionem istam? *La concepcion de la Bienaventuradissima Ana fue tan pura, y limpia como convenia, &c.* valebit ne dicere quod ex hac infertur alia falsa? Minimè. Quia illatio, & illata falsa, potuit damnari, & non simul vera; quis iuravit hoc misteriũ non credens? Vel quis credens hoc intrepide protulit? Insuper illatio, & illata credenti vera est. *Aunque por esta causa no tenia necessidad de otra purificacion.* Et ita vera, quod vt damnetur, necesse est antecedentem damnare, vel negare; & nullo verbo Dei est contraria. Quia lex loquitur de omnibus, quæ suscepto semine pepererint prolem cum peccato. Ideo dicit litera quod Anna *Estaba libre de las pensiones, que la Ley mandaba purificar.* Propter puritatem filiæ, *cuya pureza recayò sobre la madre.* Nam ex prænotatis à §. 33. adhunc finem, purificatio supponit expresse peccatum in lege; vnde quæ concepit, & abortivit, non purificabatur legaliter dum prolẽ non attigit: quia non erant ei necesse remedia legalia, nempe, Sacerdotis oratio, & oblatio *pro pecca-*

to. Vnde talem non inclusit lex dicens: *Ista est lex parientis masculum, aut fæminam.* Sordes enim illius, cui moralis relatio ad peccatum defuit, nullibi vitatur; quia Deo non supponitur formalis immunditia. Si ergo parturitionis purificatio supponit in lege literaliter aliquod peccatum; quod ex Lyra, *non contrahitur in partu, sed in conceptu.* sup. & in nullo conceptu S. Annæ, post pasiivum, invenitur peccatum illius, neque prolis, nihil habuit purificandum; & ex facto Diuino excepta est à lege. Non quia ipsa non potuit traducere, sed quia filia non debuit contrahere. Ergo vera est illatio, & illata propositio: & consequenter non excusat delictum damnandi istam: *La Concepcion pura, y limpia de S. Ana.*

§. 56. Potest nihilominus quis evadere formalitatem culpæ dicens. Quicquid impressum sit, vel alio idiomate traductum, mens censuræ partum respicit, non conceptionem, quia in sententia latina deputatorum, sic dicitur: *Partus Beatissimæ Annæ fuit ita purus, & mundus, &c.* Et hoc credibile est (videndum tamen in originali Parisijs excuso) quia tota vis censuræ, est facultatis nomine; Syndici, & trium, vel quatuor deputatorũ, sibi annuentium, re. Patet in tenore sententiæ deputationis, prius editæ, eisdem terminis ad literam translatæ in censura. Sed esto quod contra mentem Censoris sit scriptum *concepcion*, & non *parto*, & ideo notatum hìc, publicè contra decorem, tantorum Magistrorum: iusta, & acris erit eorum quærela, pro Sorbonæ gravitate. Dicitur vero (si extet hic accidẽtalis error) non erit improuidus eventus, sed à Deo permissus, vt in typis exaretur, quod in cordibus non potest deleri, & in illis detegatur, quod in istis tegitur. Item vt sit quasi olei Sacramentum: & infirmo dicatur: *Quicquid peccasti &c.* quia opus Ven. Matris, à Deo (vt creditur in tota Hispania, vbi illa, quia comprehensive cognita, veneratur) datum, improprie traductum, cum originali non collatum, neque illud apparere permissum, damnasti; & non solum

publicasti, sed immediate, vel mediate, in Bibliopolis Curiæ Matritensis, vbi maior veneratio dictæ Matris viget, tui consortes fecerunt, per impressas schedulas, propositiones damnatas Matris de Agreda à Sorbona, evulgare: & est magni rancoris signum : quod non licebat; neque decretum cuiusvis Tribunalis, in rebus fidei, absque scientia, & ordine Supremi Senatus extendere; sicut neque alias propositiones oppositas, in eadem Sorbona iam damnatas, liceret.

Ast hac evasione non obstante, manet intentum. Quatenus, & si de partu loquatur censura, cum Ven. Matre: nunquam potest ostendi vnde est impossibile quod sit mundus, & purus, vt propositio damnetur vt falsa, & ideo reuelatio; & cui Verbo Dei contraria; quamvis in lege expresse non excipiatur S. Anna. Nam neque filia expressè literaliter excluditur in hoc, & in alijs locis, qui communiter, de natura vt lapsa loquuntur, & tamen in omnibus creditur excepta; quia excipitur ex suppositione singulari privilegij: & in hac lege creditur expresè excepta; à purificatione, etiam legali; non solum quia Virgo concepit, non *suscepto semine*, quæ erat conditio in lege, sed quia non debebat offerre oblationem pro *peccato*, quod nullo sensu de illa intelligitur. Et idem sequitur de Matre: cuius partus non potest dici immundus, cum non sit vnde arguatur in eo peccatum: ex prædictis in sensu Ecclesiæ. Vnde, licet non credatur incruentus, & mundus materialiter, debet concedi formaliter, moraliter. Quod sufficit ad exceptionem à lege, & ad veritatem propositionis, male damnatæ: Cum lex non influxu simpliciter, sed in eo, ex peccato prolis, fundet esse immunditiam Deo odiosam. Stat enim, vt dictum est, quod fluxum pateretur quæ suscepto semine abortivit, & nulli legi purificationis, inter immundas inveniatur subiecta (licet menstruata, quævis, etiam Virgo, subderetur ex reatu sui peccati) quia illius sanguis non dum attigit peccatum prolis, quam mulier

lier non concepit; & cuius formationis causa, sanguis erat retentus. Ergo potius concipientis prolem absque peccato; non esset partus, licet sanguineus, Deo immundus. Ex quo dicit propositio de filia, *cuya pureza recayò en la madre*: Quia si aliam conciperet, partu immundo esset. Sed sat fuit quod filia esset excepta à lege Adæ, vt esset à lege Evæ; vtque in eius exceptione intelligatur mater connexivè inclusa. Quia non posset immunda, & immundè, mundam concipere. Neque mundè Deo concipere, & Deo immundè parere. Si dicas: *Priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.* (1) Reg. 7. hæc regula debet extendi per alias, Nam *Accessorium naturam sequi congruit principalis*. 42. (2) Conceptus enim activus, accessorium est passivi: vnde. *Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus*. 71. (3) Super quam dicit S. Antoninus: *Ratio huius regulæ est regula quam habuisti sup. cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus*. 53. *Quia plus est agere, quam excipere. Sicut ergo licet agere, multo fortius, licebit excipere. Ioan. An.* (4) Admitti ergo debet ad privilegium exceptionis, quæ admittitur ad agendum in ipsum; quod est magis. Nam actio in substantiam, expers non stat esse accidentis. Vnde conceptus passivus ex complicatione, posuit activum in foro innocentiæ, & nullum effectum pœnalem debuit filia causare in matre, quem non causaret fœtus non dato lapsu; præcipuè sibi indecorum.

(1) *in 6. Reg. 7.*

(2) *Reg. 42.*

(3) *Reg. 71.*

(4) *S. Ant. in Repertor. tit. 20. de regulit.*

§. 37. Ex his securum est credere, partum S. Annæ mundum fuisse, etiam materialiter, seu incruentum, propter munditiem prolis, & ius innocentiæ: cum nullum reatum Evæ debebat pati. Quod efficacibus rationibus liquet. Quia cruor non est lex, sed suppositum legis, & consequentia peccati, sicut libido; nam lex purgationis supponit fluxum, sicut peccatum: & ablato à legislatore antecedenti per privilegium, non sequitur consequentia, quæ non caret nouo priuilegio. Sicut ablato originali in baptismate,

(1) *S. Birg. li. 1 c. 9.*

(2) *Arist. de histor. animal. c. 2.*

mate, poteſt deficere formalis libido, inter perfectos coniuges: vt dictum eſt cum S. Auguſtino §. 6. & in hoc art. cum S. Damaſc. & S. Birgita: cui etiam SS. Virgo, de parentibus ſuis, dixit *Convenerunt carne, contra voluntatem ſuam, ex Diuina dilectione, non ex concupiſcentia* (1) (imo ex eiſdem principijs, ſunt Authores tenentes partum illum fuiſſe abſque dolore, cum lex ſit, ſed punitiva, ſupponens peccatum, quo in natura non dato, nec dolor daretur in puerperio. Vt dicit S. Thom. 22. q. 164. art. 2. & S. Auguſt. lib. 4. de Ciuit. Dei. c. 26.) fluxionis autem defectio, non eſt magnum privilegium, nam ex Ariſt. *Fieri poteſt, vt aliquæ fœminæ etiam ſine menſtruorum profluvio concipiant,* (2) vitaliter ſcilicet.

Sic contigit, S Annæ, iam ex debilitate perſonæ, quia ſenes. Vt inquit Niſſenus. *Ioachimus iam expers ſobolis conſeneſcebat:* & infra, *ſine filijs ad ſenectutem pervenerat, cum minus idoneam ad gignendum vxorem haberet* (3) Iam propter nimiam frigiditatem complexionis. Vt S. Vincent. ait. *Ita erat frigidæ complexionis, quod naturaliter non poterat concipere.* Iam quia ſteriles ambo erant, vt ex S. Damaſceno manet dictum. Et ait Andreas Cretenſ. *Deu orabant vt vincula ſolveret ſterilitatis, & vt, qui carebant liberis, fæcundi eſſent* (5) Ex quo poſſunt de illa intelligi, in vmbra, illa verba. Gen. 18. *Erant ambo ſenes, prouectæque ætatis. & deſierant Saræ fieri muliebria.* Vbi Auguſt. *Sara ſterilis, & cruore menſtruo deſtituta, propter quod iam parere non poſſet, etiam ſi ſterilis non fuiſſet.* (6) & Cretenſ. ait à Deo accepiſſe *Annam aptitudinem ad generandum & ad eam progreſsionem.* Iam quia in organizatione corporis Virginis non fuerunt impletæ communes regulæ naturæ ob brevitatem, vt optime probat Magiſter Saavedra Mèrcen. (7) cum Philippo Malla Doct. Parif. & Iacobo Granado, eius Magiſtro, de Concept. diſp. 3. ſect. 2. & 3 non quod eſſet genita in inſtanti Mater, ſicut filius; vt alij quos reffert, tenent; ſed in vno die octauo Decembris. Ex quibus non eſt preciſſum requirere accidentia odioſſa, & ex-

(3) *Niſſen. ſerm. de Chriſti natiuit.*
(4) *S. Vinc. ſer. 2. de natiuit. Virgin.*
(5) *Andr. Cret. encom. 1. de dormitione Virgin.*
(6) *Aug. li. 16. de Ciuit. & in Gen. q. 35. Cretenſ. vbi ſup.*
(7) *Saaved. de dignit. Deipar. diſp 7. ſect. 2 n. 235. cum aprobationib omnium vniuerſitum, & Religionũ præter Dominic.*

extrinseca naturæ, cui adhærent post lapsum; cum neque intrinseca, circa terminos, ei coævos, expectauit potestas Authoris, qui tot causas naturales impotentiæ prouidit, & supplevit, vt à carnis virore, decor, & candor eius illæsi splenderent; cur immunditiem advenam permitteret? S. Ildephonsus respondeat: *Nascitur Maria extra consuetudinem mulierum: mundo corde, & corpore ab omni pollutione carnali orta est.* & alibi. *Totam defacauit à sordibus Virginem.* (8) & Cellensis. *Omnia, & singula eius membra luna sunt puriora, Sole clariora.* (9) & quid horum excludit Ecclesia, dicens: *Corpus, & animam Spiritu S. cooperante præparasti?* Dedisset ne soli carni suæ, & Matri cruentam mœstitiam nascens, cuius *Natiuitas gaudium annuntiauit vniverso mundo?* Minimè quia S. Birgitæ dixit sup. *Scias me ab omni peccatorum sorde fuisse præseruatam.*

Bene infertur ex his dicta exceptio à lege purificandarum, propter filiam, *cuya pureza recayò en la Madre.* Vt inquit propositio. Ideo prouide fuit promulgata; ex cuius terminis, legitimè excepta est S. Anna, per se. Præter rationes dictas, quamvis reductive, semper est per filiam. quam nuncupant Sancti Hieronymus, Chrisostomus, Gregorius Taumaturgus, & Nicomediensis, & Germanus. *Sanctuarium Dei.* Sed Cretensis. *Sanctuarium totius Sacri cultus, & sacrificij* (10) & Richard. à S. Laur. *Sanctuarium Domini speciale, de quo ipse dicit Levit. 26. pauete ad Sanctuarium meum:* & alibi. *Sancta Sanctorum, quia summum Sacerdotem, qui dicitur Sanctus Sanctorum, Dan. 9. solum in se suscepit* (11) & S. Bernardinus. *Sancta Sanctorum, in qua fuit pretiosus ille thesaurus. Tabernaculum Dei.* (12) & S. Jacob. Apost. *Templum Sanctificatum* (13) & S. Epiphanius. *Templum impollutum, habitantis in se Verbi Dei.* (14) & S. Ildephonsus. *Templum Dei in quo Deus verus versatur, non in figura, & enigmate, sed in veritate, pro salute omnium, Deus homo immolatur, in cuius profecto sanguine testamentum confirmatum, & nouum.* (15) De qua sententia

S. Ildeph. serm. de natiuit. Virg. & li. de Virg. & partur.

(9) *Cellens. lib. 9. epist. 10.*

(10) *Andr. Cret. orat. 1. de dormit. SS. M. Virg.*

(11) *Rich. à S. Laur. li. 2. de Laudib. SS. Virg & ibi li. 10.*

(12) *S. Bernardin. to. 3. ser. de SS. V.*

(13) *S. Iac. Apost. in liturgia.*

(14) *S. Epiph. serm. de Laudib. B. Virg.*

(15) S. Ildeph ser. 1. de Assump. tia largam Patrum copiam posset impleri. Quapropter non potest negari esse Patrum communem sensum, tabernaculum, & Templum fuisse vmbram, & typum SS. Virginis. Dicit ergo lex purificandæ parturientis. Vt sup. est litera: *Immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruæ...Omne Sanctum non tanget, nec ingredietur in Sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ..; deferet agnum....pro peccato ad ostium monumenti.* Dies illi separationis mulieris immundæ, dicuntur pro lege infra c. 15. Levit. *Septem diebus separabitur, omnis qui tetigerit eam immundus, erit, vsque ad vesperum, & in quo dormierit, diebus separationis suæ polluetur, qui tetigerit lectulum eius lavabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit, vsque ad vesperum...docebitis ergo filios Israel, vt caveant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter eos.* Vbi

(16) Tirin. in Bibl. max. Levit 12.5. Tirinus super verba illa: *Iuxta ritum fluxus menstrui.* inquit. *id est. eo ritu & ratione erit immunda, quibus, quæ menstrua patitur* (per septem primos dies dicit, nam deinceps, levius quæ peperit vitabatur: quem ritum, sic explicat, ex litera dicta Leuit. 15.) *Excludebatur à Templo, & rerum sacrarum participatione...etiam ab hominum consortio. Neque licebat, vel atrium Templi prophanum Gentilium, vel vulgarium immundorum ingredi, teste Iosepho. Et quod homines quoslibet, & quælibet instrumenta, quæ contingebat, suo contactu quoque polluebat, & immunda reddebat.*

Conferantur quæso, & ponderentur textus, & expositio, quia multa sunt, pro quibus repugnat immunditia in S. Annæ conceptu, & partu: vt intuenti patebit. Et excusabilis fiet longa excrutatio. Si enim Deus ita accuratè zelabat munditiam tabernaculi, seu Templi vmbratici, & materialis, quomodo verum, vivum, & maternum, cuius carnem sibimet parabat pollui pateretur? Qui formaliter, quod est maximum, istud liberaliter ingenuum servavit, cur

cur materialiter, inconſequens, & parcus ſordeſcere dimitteret, cum has ſordes, etiam materiales, ſibi odibiles, & Templo iniurioſas fuiſſe oſtendit? Cauſam pollutionis abſtulit, quia ſibi caro eſſet, & ipſam pollutionem admitteret? Potius ſequitur ex litera, Templum Dei impollutū, & mundum, ipſum Deum voluiſſe credi etiam effectivè, & materialiter, vt formaliter cauſaliter non poſſet dubitari: & quod Domus Dei, Jacobo oſtenſa, & promiſſa, & per Moyſem, & Salomonem, prævio digiti ſui exemplari, ex terra obvmbrata, quam in generatione præparabat, ex nullo fluxus, aut membri genitalis contactu, immediato, vel mediato, admiſſura maculam eſſet. Vnde, quoniam B. Annæ, conceſſum fuit, ipſam Domum Dei, in vtero tangere, in partu promere, & natam ablactare; excepta neceſſario ſupponitur ab illis, de quibus lex dixit *Omne Sanctum non tanget*. Munduſque fuit eius partus, atque purus, ex quo ipſa Sancta Sanctorum manſit munda. Si autem quivis tenaciter hoc renuat, vt partum illum cruentum dicat, concedere debet ſaltem formaliter purum, & mundum; quia non poterit peccatum in purpurata aſignare, provt tali, ex dictis: quod erit dare effectum, abſque cauſa: & conſequenter non evadet delictum cenſuras, & pœnas per Sixtum 4. Concil. Tridentinum, & Alex. 7. impoſsitas, cōtra eos, qui impugnant, etiam indirectè, miſterium Conceptionis; nam ex cenſura, nullo ſenſu ſequitur poſsibilis partus mundus; & rurſus ex hoc, neque conceptus mundus: ex quo etiam, neque immunitas prolis. Ex cuius originario peccato tota ſordes maternitatis, ab Eva oritur. Quod ſi dicat, præcedens argumentum non eſſe efficax, quia etiam ſequitur deberi excipi Sanctam Eliſabetham, quæ Sanctum tetigit, & peperit. Reſpondetur. Nullam paritatem tenere, cum ea, quæ eſt impar. Omnis Sanctus in natura, cauſam mali contrahit, & effectum retinet: ſicut S. Ioannes. Aſt SS. Virgini nunquam reatum aliquod pati, fuit conceſſum ab Eccleſia; & ſicut probatum manet, flu-

fluxus menstruus est effectus, & reatus culpæ ortus ex ea, post lapsum: & cùm nullæ sanctitati alij sit iniuriosa macula cruoris, nulli potest competere sanctitas illius Domus, quam nulla cruenta macula permisit Deus pollui. Sicut neque alij creaturæ convenit prædicari, ipsam realiter solam esse domum illam: Et sic, neque filij ablato originali per circumcisionem, poterat mater accedere ad tabernaculum, donec consummaretur purificatio; & tunc non intus, sed adhuc offerens oblationem *pro peccato ad ostium tabernaculi.*

ARTICVLVS 12. N.402.

§. 38.

Para que fuesse de todos modos Madre de misericordia, y medianera de la gracia, sin perder algun momento, alguna operacion, ni alguna ocasion de merecerla para si misma, y tambien para nosotros.

CENSURA.

Licet SS. Virgo præomnibus Sanctis mediatrix sit per intercessionem: Hæc tamen propositio, quatenus asserit, illam esse omnibus modis Mediatricem: falsa est erronea, & Christo, qui solus Redemptor, ac Salvator noster est, & unus per Redemptionem Mediator, iniuriosa.

In censura ista Mediatrix conceditur, & non gratis, quia est communis intellectus Patrum. Et non utcumque S. Epiphanius dixit. *Mediatrix cæli, & terræ, quæ unionem naturaliter peregit.* (1) & S. Ephrem (2) Ioan. Chris. (3) Petr. Blesens. (4) *Mediatrix Dei, & hominum.* S. Germanus *Nullus enim est, qui salvus fiat, nisi per te V. Maria SS. Nemo qui liberetur à malis, nisi per te, ò purissima. Nemo est* cui

(1) *Ser. de laudib. Virg.*
(2) *Ser. de Laudib. Virg.*
(3) *Orat. in natiuit. B.M.*
(4) *Serm. 8.*

eni donum concedatur, nisi per te, ò clarissima. (5) S. Bernardus. *Totius boni plenitudinem posuit in Maria, & proinde spes in nobis est, siquid gratiæ, siquid salutis, ab ea noverimus redundare* (6) & Richard. à S Laur. *Hæc est beata plenitudo, & plena beatitudo Dominæ nostræ, quæ fons est, & origo totius nostræ beatitudinis.. tantum per eam venā defluxit: & ideo, quicquid nobis mittitur de supernis, per gratiarum actionem ad eam referendum est, per quam mediatricem habemus proculdubio, quicquid gratiæ obtinemus* (7) Vide S. Cyril. Episc. Alex. in brev. die 15. Sept. recole etiam dicta §. 29. à n. 6. Indecenter ergo, & superbè procedit cum tanta Domina, in qua Deus totum thesaurum suum posuit secum, cuius pondus attingere nequit; qui partim suæ excellentiæ auditor, aliquid falsum, vt impossibile, damnat, nisi errore claro, expresso, absque vlla tergiversatione, aut solutione, compulsus. Quod in hac censura non solum contigit, sed indecentia tantorum Doctorum, qui sensum aliquem sanum in propositione ista se non invenire simulauerunt: Imo nullum habere invenerunt; cum potius, neque malitia inveniet, si ei non imponat; quia laicus syncerus sanè intelliget.

(5) Ser. de Zona Dni.

(6) Ser. de aqueductu.

(7) Li 1. de laudib. Virg. c. 6.

Hoc enim damnatum est: *Quatenus asserit illam esse omnibus modis mediatricem.* Imprimis falsum est, quod hoc scripsisset Ven. Mater; sed dixit: *Para ser en todo Madre de misericordia, y medianera de la gracia.* Versans damnatus fuit, non Mater scribens: qua conscientia in opere alieno, ipsius venusta fama laceratur? Sed non in hac duplicitate culpa finit. Supponatur illam dixisse: *Para que fuesse de todos modos Madre de misericordia, y medianera de la gracia.* Et quali modo num erit falsum dictu m? modo redimendi Nam sic est *Christo iniuriossa, qui solus Redemptor, ac Salvator noster est.* Ergo si dixisset eam Redemptricem, non erat quærendus sensus verus, sed in omni sensu damnare. Et sic falso locuta est S Catharina Senensis: dicens: *Redemptrix humani generis*, sup. §. 29. n. 9.

(8) *In Summa par. 4. tit. 15 c. 44.* (9) *In Mariali ser. 2. de Coronat. B. V. M.*

9. Sicut S. Antoninus. *Redemptrix hominis perditi.* (8) Et Bernardinus de Bustos: *Redemptrix vniuersi* (9) Nonne ratio esset, ante falsitatis decretum, Doctos censores sensum Catholicum verbis, quem habent, tribuere? Quod si nihil adhuc de redimere, vel salvare tetigit hæc propositio, cur extenditur, & vltra literam damnatur? Imo implicat quod ex ea arripiatur formalis sensus, quo posit intelligi, Scriptorem intendisse Mediatricem proferre, vnivocè cum Christo, vt illi iniuriosa posset esse. Patet ex verbis met damnatis: *Medianera de la gracia, sin perder algun momento... de merecerla para si misma, y tambien para nosotros.* Si Autrix Mediatricem dixisset, animo tali, vt sicut Christus est Mediator, ipso modo intelligi vellet, non diceret oppositum, scilicet. *Merecerla para si mesma, y tambiē para nosotros.* Quia hoc modo quilibet iustus est Mediator, magis, vel minus impetrans. Et solus verus, & rigorosus mediator, iuxta doctrinam Apostoli ad Hebreos, qui nihil sibi meruit, nec mereri egebat, sed nobis. Si igitur tali modo expresso Catholico, in omni Theologia, dixit *medianera.* Vbi inventus fuit modus Christo iniuriosus?

§. 39. Insuper, cum in ipso numero, & paucis lineis, sint expresi modi, de quibus loquitur, ad quid modi extra sensum, & literam machinantur? Patet evidenter. Hæc est litera: *En algunos exercicios que hazia, se postraba llorando, y afligiendo aquel cuerpecito perfectissimo, y tierno, por los pecados de los mortales, pidiendo, y inclinando la misericordia del Altissimo... Y aunque el dolor interno de las culpas, que conocia, y la fuerça de el amor, que se le causaba, hazian en la Diuina Niña efectos de intensissimo dolor, y pena, en començando à vsar de las fuerças corporales, en aquella edad las estrenò con la penitencia, y mortificacion, para ser en todo Madre de misericordia, y Medianera de la gracia, &c.* Considera ipsam aflictam petentem pro peccatoribus. Item: cum dolore interno intensissimo, & pœna. Item, cum pœnitentia, & mortificatione corporali. Nempe

pe pro eis patiens corde,& ore, & opere. *Para ser en todo* (vel de todos modos, si vis eam dixisse) *Madre de misericordia, y Medianera de la gracia.* Hi sunt omnes modi, in natura rationali, possibiles, ad consequendam misericordiam, & gratiam. Si dicti manent ibi, & digni; insidiosè fuit quæsitus, extra sensum, & literam, à deputatis (quorum sententiæ verba, translata sunt in censura) alius indignus.

ARTICVLVS 13. N.300.

§. 40.

Si los mortales tuvieran los ojos bastantemente penetrantes, para ver las luzes de Maria purissima, ellos confessarian, que ella sola bastaba, para alumbrar todos los hombres, que vienen al mundo; y para conducirlos por los seguros caminos de la eternidad. Y respecto que quantos han llegado al conocimiento de Dios, han caminado en la luz de esta Santa Ciudad, dize San Juan, que las naciones caminaràn en esta luz.

CENSURA.

Hæc propositio, quæ SS. Deiparæ tribuit, quod soli Verbo competit: falsa est, scandalosa, & erronea. Eisdem verbis præfuit sententia deputatorum. Et oportet præmittere in litera originali, quæ declarat de Ciuitate Dei Maria, ex capite Apocal. 21. v. 24. *Y las gentes caminaràn con su luz, porque si Christo Señor nuestro llamò à los Doctores y Santos luzes encendidas, y puestas sobre el Candelero de la Iglesia... que parece vn Cielo con muchos Soles, y Lunas: que se podia dezir de Maria SS. cuya luz, y esplendor excede incomparablemente à todos los Maestros, y Doctores de la Iglesia, y à los mismos Angeles del Cielo?* (Prius sic arguebat Richardus à S. Laur. *Lux mundi. Si enim Apostoli*

 sunt

sunt lux mundi, Math.5. quanto fortius Maria, quæ genuit illum, qui dicit, Ioann.8. ego sum lux mundi. Ideo ab ipso ibi nuncupatur, *Sol, quia si Sol dicitur, quasi solus lucens.... quo lucente cætera omnia luminaria, sic sunt quasi non sint, sic & dici debet, & credi de Virgine gloriosa respectu omnium creaturarum, non solum hominum, sed & Angelorum*

(1) Rich. à S.Laur li. 7. de Laudib. SS.Virg Item ibi.

(1) Ex quo bene sequitur litera damnata hæc.) *Si los mortales tuvieran claros ojos, para ver estas luzes de Maria SS. ella sola bastaba para iluminar à todo hombre que viene al mundo* (argue modo ex ipso Richardo. Si Apostoli sunt, *quorum doctrina fulget Ecclesia, vt Sole Luna.* Et ad hoc illi sufficiunt. *De ea* (inquit ille) *dicitur Sap. 7. est enim speciosior Sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur prior.* (2) Potius ergo illa sola sufficit ad illuminandam Ecclesiam, quia illi fulgent, & omnes *fulgebunt iusti sicut Sol.* Hæc sola Sponsa est *electa vt Sol.* Et invenitur speciosior, & prior illis stellis. Est enim in omnibus sola, vt Sol ab origine: *primogenita ante omnem creaturam.* Vnde Eva cælestis Adami; & *lumen mundi* (ait S. Albert. Magn.) *Sicut scriptum est: sicut Sol oriens mundo, in Altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ.* (3) Vnde quicquid de suo Adamo, Sponso, & Filio dicas, ad extra, non negligas, neque ambiges post eum, de illa dicere, licet alijs non conveniat. Quia multæ sunt Reginæ, concubinæ, & Adolescentulæ eius: sola *vna est columba*, illius, quæ ait. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Totus est vnus alteri. Audi ad rem censuræ Antiquum, & Sapientem Idiotam (sic humilitate nominatum, quem ideo *elegit Deus vt confundat Sapientes*) de Maria dicentem: *Lux vera post benedictum filium suum, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; quia de B. Virgine potest dici, dedi te in lucem gentium* (4) Audi & dictum Richardum: *Lux vera Ioan. 1. quæ, post Filium illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Supple, qui illuminatur.* (5) Audi etiam S. Albertum Mag.

(2) Idem ibi lib. 1

(3) S. Alb. Mag. in postillis. sup. Luc c. 1.

(4) Idiot. de B. Virg. par. 4. contemplat. 6.

(9) Ric. à S. Laur. vbi sup. li. 1.

Lux nostra, quæ post Deum, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (6) nec non & Philip. Abb. *Lux lucens in tenebris.* (7) de textu isto Ioan. 1. est in fide certum, quod solum in recto, & literaliter comperit Verbo, cur, & quomodo matri adaptatur? Post completam literã ad totum respondebitur. Modo sufficit dicere ; nihil est proprius Verbo, quam esse filium Dei. Et quid de nobis esset, si omni sensu esset falsum, alios esse filios Dei? Si non scilicet, indulgeret modum charitas Patris, *vt filij Dei nominemur, & simus.*)

Para iluminar à todo hombre, que viene al mundo, y encaminarlos por las sendas rectas de la eternidad. Sic canit Ecclesia: *Cuius vita gloriosa lucem dedit sæculo.* Quam *lampas inextinguibilis,* cum S. Cirilo nuncupat in eius Natiuit. die 8. Et hoc prædixerat Idiota. *Lux, quia visibilia facit ea, quæ prius non apparebant ante faciem filij sui misericorditer statuens illos, qui prius longe stabant ab eo.* (8) Eadẽ verba ad literam assumpsit Richard. à S. Laur. (9) & Bernardin-de Bustos ad intentum : *Lumen ad revelationem gentium.* & ibi. *Lux fulgentissima mundi, quam plurimos ad Dei cognitionem illuminavit, & mundum tenebrosum illustrauit* & alibi. *Lux qua mediante cognoscimus, quo itinere, ad cælestem Patriam pervenire valeamus.* (10) Idem valet dicens S. Bernardus: *Lumen cæcorum.* (11) & S. Bonavent. *Lumen mundi* (12) ac S. Alb. Magn. *Lumen iustitiæ* (13) Omnia enim verba hæc ad finem electorum conducunt, & sunt propria Christi radicaliter.) *Y porque todos los que han llegado al conocimiento de Dios, han caminado con la luz de esta Ciudad: dize S. Juan, que las gentes caminaràn con su luz.* Huc attingunt numerus, & censura, damnans propositiones distinctas sub vna. Sed arduum est invenire, qua Theologia, vel expositione accepta sunt hæc verba, vt damnabilia, quasi non pertineant ad SS. Virginem, sed totum hoc *Soli verbo competit.* Cum textus ibi expositus, de Ciuitate Sancta Dei, Agni Sponsa literaliter

(6) S. Alb. Mag. in bibl. Marian. sup. Ioan

(7) Philip. Abb. li. in cant. c. 20.

(8) Idiota de B. Virgin. par. 14. contẽpl. 19.

(9) Ric. à S. Lau. vbi sup. li. 7.

(10) Bern. de Bustos. ser. 2. de assumpt. Itẽ. ser. 4 de natiuit. B. M.

(11) S. Bern. ser. 1. sup. salve Reg.

(12) S. Bonaveat. in. psalt. minor. quinquag. 1.

ter loquatur: & dicit: *Et Ciuitas non eget Sole, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus : & ambulabunt gentes in lumine eius; & reges, &c.* Qui est v. 24 in hoc numero explicatus, & ad literam impletum ostendit vaticinium Isaiæ 60. de ipsa Ciuitate. *Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est...& ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.* Quod canitur in natali Domini. Etsicut Ciuitas ipsa, & sponsa nequit negari esse SS. Mariam (licet de Ecclesia possit intelligi, aliqua posterioritate, qua misticum fundatur in physico, & Ecclesia, in incarnatione) ita neque quod illud *lumen*, & *splendor* sit *eius*, vti substantialiter. Vt clarius inquit ipse Propheta c. 62. *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus, eius, & Saluator eius, vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum.* In quo sensu inquit Richardus à S. Laurentio, quod Maria est, *lux, quia sicut lux splendorem diffundit; ex Mariæ vtero egressus est per carnalem natiuitatem ille splendor, de quo dicitur Isaiæ 62, donec egrediatur, vt splēdor iustus eius* Ergo literaliter est verum, quod dicit propositio damnata de Maria; quod *ambulabunt gentes in lumine eius*. Si enim hoc lumen eius est Christus, vt patet ex concordantia textuum, verumetiam, & necessarium est quod dicit. *Que todos los que han llegado al conocimiento de Dios, han caminado con la luz de esta Ciudad.* Quia *lucerna eius est agnus*, ille, *qui occisus est ab origine mundi*. & quamvis Christi virtus vnica sit à se, & per se sufficiens ad omnia, quæ de facto solus potuit, & fecit; noluit tamen à suo consortio illam vnquam ad opus separare, cuius ad esse substantiam elegit, & assumpsit, atque naturam; à cuius conditione iudicavit non esse bonum hominem esse solum, absque adiutorio simili sibi. Vnde ipse vere est iustus, inclytus, salvator, lampas, splendor, & lumen, seu lux, quæ illuminat omnem hominem; Ast in omnibus posuit

(13) *S. Alb. Mag. in Bib. Mar. sup. Ecclesiast.*

fuit signum consorcij, & possessionis originalis; vt ex dictis locis patet. Iustus eius, inclytus eius, Salvator eius, lampas eius, splendor eius. Vt ipsa etiam dicatur cum eo omnem hominem illuminare: sicut à principio, non sola, sed cum eo erat cuncta componens; & ab ipsa est quod filij hominis iugiter nomini tribueret opera, quæ Filij Dei nomen, & potestas faciebat. Imo, & fructus lucis, & gratiæ passionis; & victoiæ suæ, in manu illius distributionem ponere voluit. Et testes sequuntur.

§. 41. Richardus à S. Laur. perspiciens in SS. Virgine sola Solis proprietates, solis nomen, & rem in eam extendens filij, inquit: *Sicut Sol ad hoc factus est, vt illuminet totum mundum, sicut dicitur Gen.* 1. *Sic Maria ad hoc facta est à Deo Trinitate, vt misericordiam, veniam, gratiam, & gloriam, quasi lumen à Deo impetret toti Mundo* (1) & hoc ipsum sentiens alibi de luce, quoad reformationem nostri generis, ait. *Sicut lux singulis rebus species proprias, & differentias restituit, quas abstulerunt tenebræ... Ita Maria luce vera veniente, ad formas proprias omnia, quasi de tenebris evaserunt, &c.* (2) Quod si petas ab eo, hæc omnia, quæ sunt propria Verbi incarnati, quibus fundamento, & sensu, in scriptura, & Theologia, Virgini Matri tribuuntur, vt credat censuræ inventor? Ad vtrumque vtràque satisfacit, pro suis, & omnibus supra dictis. *Quia sicut lux sine acceptione personæ, omnibus se ei debito modo exponentibus, se exponit: ita Mariæ æqualiter est cura de omnibus. Sap.* 9. *æqualiter, idest communicativè* (3) Ecce sensus; sicut lux æterna æqualiter, idest, non à se, sed communicative ab illa sibi hoc extensum, & participatum. Ecce fundamentum Scripturæ, Sap. 9. *Nam per sapientiam sanati sunt, quicumque placuerunt tibi Domine à principio.* Annuit S. Damascenus. *Hæc omni profuit creaturæ, quam veluti coemptam à servitute, in libertatem asservit.* (4) & plenius ad intentum dictorum, & Richard. S. Anselm. *Vtique cuncta quæ Deus bona, & vtiliter fecit, in eo*

(1) *Ric. à S. laud. de lau. SS. Virg. li.* 7.

(2) *Idē. ibi li.* 1.

(3) *Idē ibi*

(4) *S. Dam. ser.* 1. *de assumpt.*

eo statu, quo condita fuerunt, sicut diximus, esse destiterunt & per hanc Virginem in pristinum statum revocata sunt, ac restituta. Item alibi. *Per quam omnes Sancti sanctificantur, & beatificantur: & sicut dicitur Deus Sanctus Sanctorum, ita dicitur hæc Sancta Sanctorum.* (5) Ratio huius est textus ille quem asignat Richardus quibus verbis finit. c.9. Sap. & incipit c. 10. his. *Hæc illum, qui primus formatus est à Deo Pater Orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, & eduxit illum à delicto suo & dedit illi virtutem continendi omnia.* Et sicut sic illuminavit Adam, pergit litera demonstrans quomodo illuminavit, & custodivit Noe, Abraham, Loth, Jacob, Joseph populum in mari rubro, & alios. Quod est probare exemplis ordinatis à principio mundi, in hoc capitulo 10. illa vltima verba c.9. *Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi Domine à principio.* Ideo hi Patres, qui cum multis alijs communiter, Ecclesiæ vestigia sectantibus, Mariam intelligunt, nomine Sapientiæ, in Sacris literis, vbi non adest signum Diuinum in communicabile (de quo latius manet dictum in Artic. 9. sup.) & præcipuè in præsenti litera dicti c. 10. quæ enuntiat sapientiam, de qua loquitur, esse Matrem Dei, dicens. v. 5. de Abraham: *Sciuit iustum, & conservavit sine querela Deo, & in filij misericordia fortem custodivit.* Non ergo de sapientia genita, quæ est ipse filius, hoc dixit. Neque Pater de filio hoc dicit, quia licet sapientia ingenita sit, non sumitur, in Sacra pagina, sapientia pro Patre. Neque est alia misericordia Patris, alia filij: vna est in tribus. Vnde esset dissona locutio de Patre, quod in misericordia, filij fortem custodivit. Cum filius habeat misericordiam à Patre, & non realiter distinctam. Insuper sapientia, quæ iustum *conservavit sine querela Deo*, non est Deus. Hoc fundamento nituntur dicti Patres, & hanc literam sequitur strictius, & latius S. Bernardinus, dicens: *Maria sola per multa millia annorum, antequam nasceretur primo, & principaliter Adam*

(5) S. Ans. de excel let. Vir. c. 11. ite in lectionib. Cõcep. quas ipse fecit pro hoc festo.

Vide supr. Art. 9. ex sapient. c. 8. cuius cõtextus hic sequitur

dam

dam, & Evam, & totam eius posteritatem præservavit in esse. Constat nempe, quod ex propria transgressione Adam, & Eva, non solum mortem, sed & anihilationis exterminium meruerunt. & diuina vltio, quæ personarum acceptationem ignorat, sicut nec culpam Angelicam, sic, nec humanam dimisisset impunem, sed propter præcipuam reverentiam, & singularissimam dilectionem, quam habebat ad Virginem, præservavit (dixit quod ipsa præservavit, modo inquit quomodo; scilicet obiectivè causaliter, quia Deus propter eam. Sicut etiam dicit ibi. *Propter istam nobilem creaturam Deus salvavit parentes primos, de prima eorum transgressione; Noe de diluvio; Abraham de cæde Regis Chodorlahomor; Isaac de Ismaele; Jacob de Esau,*&c. *& vt brevi sermone comprehendam, omnes liberationes, & indulgentias factas in veteri testamento, non ambigo Deum fecisse, solum propter huius benedictæ puellæ reverentiam, & amorem, quibus eam Deus, in suam prædestinationem præhonorandam cunctis operibus suis ab æterno præordinavit.*

(6) *S. Bern. Senens. ser.* 61.

§. 42. Satis apparet probatum ab authoritate Scripturæ, & Patrum, dictum Matris Ven. de Agred. de Maria SS. *ella sola bastaba para iluminar à todo hombre.* Cuius potentia probatur, recta consequentia, ex actibus à principio, in hoc textu; & præcipue, vnum Patrem naturalem, creatum ad iustitiam omnium, illuminavit, & custodivit; & vnum Patrem omnium credentium; & vnum testem à Deo missum, *vt omnes crederent per illum.* Quia, *factum est, vt audivit salutationem Mariæ Elisabeth exultavit infans in vtero eius.* Si ergo vnus quivis ex his fuit ordinatus solus ad lucem omnium; melius potest illuminare omnes sola, quæ potuit, & illos: quid adhuc in textu dicto Sapientiæ, magis probãdum manet? Quæritur modo. An dictum pro damnata propositione, sit probabile. Videtur quod sic. Quia nisi probetur cum principijs de fide, non extat cognita vrgentior probabilitas. Hæc autem

(idem

(idem de præcedentibus)extendi poteſt in plura volumina,aucta ſcriptura, authoritate,& ratione: Vnde non eſt damnabilis propoſitio, quæ probabilis Catholicè probatur. Quæritur amplius. Erit ne credibile, quod Doctores cenſores ignoraſſent omnes, has rationes, & authoritates ſibi contrarias? Videtur quod non. Sed quod poſſent plura, & efficaciora addere, ſi vellent. Et licet credibile foret, gravior iniuria eſſet ipſis nota ignorantiæ, quam malitiæ; cum(non ideo ablatis peccato, & reſtitutione) maneret ſimul læſa graduatio, fama,& literaria poſſeſsio, & profeſsio. Quæritur magis. His ſuppoſitis, cur damnarunt hanc propoſitionem? Quoniam totum hoc, quo defenditur; in Eccleſia probabile, & admiſſum libenter; illis non eſt probabile. Iam aliquibus, quia propoſitio eſt revelata, & revelationem vllam non admittunt: vt ex certis præmiſsis illatum eſt ſupra; & notatum in ſua Academia Iam omnibus factioſis, oppoſitis illis, quos vocant Marianos; quia omnes propoſitiones, ex quibus ſequitur immunitas conceptionis, non credunt veras. Vt ſæpe in prædictis clare, & bene illatum eſt. Sicut in præſenti propoſitione patet. Quatenus ſi verum ſit, quod *Maria SS. ella ſola baſtaba para iluminar à todo hombre que viene al mundo.* Sequitur dictum poſtea. *Que todos los que han llegado al conocimiento de Dios, han caminado con la luz de eſta Ciudad:* & ſequitur credendum textum dictum de ſap.9.& 10. loqui de Maria SS. & credere Patres dictos, & alios, ita exponentes; quia credunt ſimul miſterium cum Eccleſia, & quod ipſa potuit cuſtodire Adam ſtantem, & erigere lapſum, ac illuminare illum, & poſteriratem totam. Quod non credenti miſterium pertinaciter, iudicatur falſum; obſtinato vero, etiam damnabile; cum non ſtat lapſam eſſe in capite, & illud ſimul poſſe ſublevare: & conſequenter neque omnem hominem potuiſſe illuminare; neque intelligi verba Salomonis illa, taliter quod per Mariã *Sanati ſunt, quicumque placuerunt tibi Domine à principio.* Patet

intentio ex facto. Quia non solum istam, sed alias propositiones, prænotatas supra damnarunt, quæ sequuntur ex immunitate originis Mariæ SS & simul ipsum misterium roborant: & evidenter patet, quia principalis scopus operis Ven. Matris de Agreda, est puritas originalis SS. Virginis. Et vbi misterium formaliter, & circunstantionaliter reseratur, est in primo tomo: in quo non solum dictas propositiones, sed totum librum indistincte damnavit. dicens: *Sacra facultas, conclusione lata, prædictum librum damnandum censuit, provt de facto damnavit.* Hoc protulit in capite; & in fine, damnatis 62. proposirionibus; vt non ideo aliquid à se approbatum, eo quod non asignatum, mansisse iudicetur; inquit. *Cæterum non intendit Sacra facultas alia multa, quæ in dicto libro continentur, approbare* (ergo saltem noluit approbare propositiones, misterium conceptionis formaliter declarantes. Et totum venenum, quoad potuit verbis celatis evomens, prosequitur) *& præcipue ea loca, in quibus Sacræ Scripturæ testimonijs, ad privatum sensum Author passim abvtitur.* (Vnde inexplicabile intendit relinquere misteriũ; cum non hoc sit ostensibile in scriptura per librũ, neque per Doctores, nisi innumera loca indeterminata, privatim, idest de Maria intelligãtur. v. g. Isai. 18. *Quiescam, & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est.* & amplius finiens) *sicut nec ea, in quibus opiniones mere Scholasticas, à Deo revelatas asserit, & vt tales omnibus proponit.*

Hoc peccatum videtur libri totius fuisse, quia opinioni obviavit; & oportet hìc omittere, aut memoriæ remittere, quantũ zelus opinionis in nobis, zelum Deiparæ minoravit: & in tantum modo radicatur in censoribus, quod nollunt posse esse veram revelationem, contra opinionem scholasticam; & cum vna ex contradictorijs, necessario, sit falsa, & alia vera; hanc veritatem, nolunt scire in hac vita, neque Deum posse illam nobis anteponere; nisi forte, id quod opinatur, revelaret. Absque ratione, vel fundamen-

to hoc, & præcedens dictamen, contra divinum posse, stabilitur. Non ergo inde sequitur falsa revelatio; aliunde esset, si esset. Omnes opiniones sunt finibiles, & plures finitæ, Deo volente: & sic specialiter debent credi, circa honorem SS. Virginis. Nulla fuit quæstio magis scholastica, quam super primum instans illius, & fuit revelata veritas, & confirmata per miracula. Nullusque ita tenax in sua opinione, quam ille irrefragabilis Doctor Parisiensis, Alexander Alensis, cuius doctrinam approbavit Alexander 4. in Bulla, quæ est in Francia: sed Sapientia Dei fortiter, & suaviter docuit eum veritatem (qui per revelationes iam factas, eo tempore, non intelligebat) per infirmitates, quæ repente compresserunt eum manentem quasi mortuum, in Cathedra legentem, coram Universitate, in die Conceptionis; & nolens intelligere, per aliqua tempora, in eadem solemnitate (quam nolebat festivare) annuatim, idem patiebatur: sed piorum admonitionem audiens, vovit Virgini librum componere in honorem suæ Conceptionis, sub titulo vitæ eius, si sanaret illum, sicut statim facto voto, sanavit, & ipse scripsit librum, in sex divisum, & in fine tertij cap. penult. mota quæstione, docet misterium, & testis sui factus enarrat miraculum in se expertum. Hæc est relatio fidelis S. Bernardini, qui eam sic finit. *Revocat, & annullat, quicquid in 3. sent. dixerit. Hunc librum vidi in Archidiaconatu Toletano, catenatum in Choro.* Hoc invenies etiam lect. 4. diei 8. Conceptionis, in officio Bernardini de Bustos approbato à Sixto 4. in illius libris. & in regesto authentico Armamentarij Seraph. fol. 98. & Bullam approbationis fol. 547. in officioque ipso plura notabilia miracula, & fol. 562. revelationes, & punitiones incredulis voluntariæ pertinatiæ. Si igitur sic potuit, voluit, & revelavit Deus; cur implicat (cum sit congruum, ad plenam intelligentiam revelati misterij) alia conducentia accessoria, vel emanata, revelare; sint scholastica, vel non, huius, vel illius opinionis? (sicut in revela-

S. Bern. Sen. ser. seu tract. de Cōcep. qui incipit. Nec dum erāt abyssi. §. accedat ergo, &c.

tio-

tionibus S. Catharinæ Senensis inveniuntur plures conclusiones Scholasticas controvertibiles) Vbicumque enim interveniat honor Matris Dei, quid ponderat opinio; quid vis fallibilis, vt locus libenter non detur ueritati? Cur Frãciscani cordialiter non ferant, quod revelatum hoc opus, paucas Scoti conclusiones faveat (duas scilicet, vel tres, quæ iam erant revelatæ Ss. Brirgitæ, & Magdal. de Pazzis) respectu plurium, quas D. Thom. contra Scotum, æstimat? vt probat numericè manifestum dictum *Satisfacion por la Religion.* Reparo 21. fol. 79.

Quæritur vltimo. Cum censura hæc, non procedat ex ignorantia, sed scientia poleat satis, vt ex ea intulisset Censor facile posset argui inconsequens, dum puram Conceptionem fatetur, & illi connexum damnat; imo, & perjurij præsumptionem, ac iudicium provocat, cum facto deleat, quod iuramento scripsit; neque professio sanat præsumptionis vehementiam, quia potius violenta infertur, quæ factis profert, quod verbis nequit. Nam qui contra misterium, quod facto potest, etiam illicitè, iniustè, & notoriè agit; totum librum, causa innocentiæ originis scriptum, perdens, quid ageret de misterio, si posset, facto suo testatur. Similem consequentiam (non de simili actu) intulit S. Fulgentius. *Ite, inquit, & renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum* (& contrarium arguit) *sanguis innocentium, quem crudeliter effudisti, attestatur, quid de hoc puero voluisti.* Cur ergo tot inconvenientia conculcantes censores, & nullitates, ac suorum Collegarum contradictiones; conscientiæque suæ, famæ, & scientiæ maculas aspernantes; nec non contra suæ iuratæ sententiæ stimulum calcitrantes; librum illum absolute damnarunt; nihil in eo suæ approbationis dignum invenire declarantes; specialiter propositiones connexas, vel annexas misterio, quod contra ipsos debet pugnare, quia apud Patres, & DD. admissas, & in contextu Scripturæ roboratas; sicut etiam extat hæc vltima præsens, Quod *Maria sola bastaba para*

S. Fulg. in dieb. Epiphan lect. 6.

ilu-

iluminar à todo hombre, que viene al mundo. Quæ necessario aliquo censu opinabili, est vera, quod sufficit, vt minimè sit damnabilis; cum non posit in Christianismo negari, aut contradici, quod dicit Idiota. *Quoniam adhoc significandum, media nocte peperit lucem veram, & mediante partu suo gloriosissimo, illuminat populum in tenebris ambulantem.* Fundaturque in illo textu Sapientiæ, à Patribus Ecclesiæ dictis, de Maria, & eodem sensu intellecto. *Nam per sapientiam sanati sunt, quicumque placuerunt tibi Domine à principio.* Quo inquam misterio, hoc absurdum patraverunt? Ad hoc breviter respondet idem textus. Sap. 10. v.8. (præterdicta sup. fol. 15. §. Ast non ideo) quod non fuit in sua manu. *Sapientiam enim prætereuntes, non tantum in hoc lapsi sunt, vt ignorarent bona, sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in his quæ peccaverunt, nec latere potuissent.*

Idiot. vbi sup. par. 4 contẽplat. 6.

ARTICVLVS 14.

§. 43. Hìc damnant censura, & sententia deputationis 36. propositiones, literaliter expressas; non vtrobique eædem sunt, ad censuram, è sententia translatæ. Nulla ratione, canone, vel textu fundatæ; sed absolute prolata sententia, super omnes, more Papali. Omnes autem refferunt singularem providentiam, qua Deus parabat formationem, nutritionem, præsentationem, Angelorum consortium, & locutionem, indumentum, & virtutum exercitium suæ Matris. Nullus est terminus, in quo posit fundari suspicio falsitatis, vel Theologica difficultas: de assumptione puellæ in cælum, iterum tangitur, de quo Artic. 10. manet satis dictum. Solum quod dicitur n. 172. quod si parentes SS. Uirginis non vovissent illius præsentationem propter illius amabilitatem, *huvieran tenido todas las penas imaginables, en separarla de si, y no la huvieran ofrecido, sino contra su voluntad.* Hoc damnatur. Ast si votum

non fecissent, quid inde damnandum sequitur? Sed adhuc non dicit originale Hispanum: sed sic. *Si antes de conocerla, no se obligaran con voto... no lo pudieran hazer con tanta promptitud, &c.* Sed poterit ponderari cæcitas passionis censurantium, alijs verbis plenius quam suis? Hæ sunt assertiones damnatæ. (omissis mendacijs contra literam, quæ sunt multa, & nullum adest accedens congruentiæ.) Quod diaboli cum Lucifero fecerunt conventiculum cōtra Christum, in suo casu, in inferno. Quod Eva fuit similis Virgini. Quod Christus, & Maria, in mente Diuina, fuerunt exemplaria ad formationem Adæ, & Evæ, & nostri. Quod S. Anna sciens filiam suam Matrem Messiæ futuram esse, non dixit S Ioachimo: nec hic scivit; cui morienti Deus revelavit. Quod elegit Deus ex choris Angelorum, signis redemptionis signatorum, vt custodirent, & ministrarent, ac conversarent, Nuntijque fuissent Matris ad Dominum, supra mille, cum Gabriele, & interdum Michaele. Quod origo corporalis Mariæ fuit die Dominica, sicut & Angelor. Quod Deus abreviavit Mariæ formationē, naturali perfectiorem, in diebus 7. Quod secunda conceptio fuit Sabbato sequenti, ideo festivo apud Deum, initium incarnationis vidētem; ideoque Sabbatum voluit fuisse in Ecclesia Matri consecratum. Quod fuit corpus sicut apis parva. Et illico ipsa gratias egit; sed hominis peccatum in vtero flevit. Quod ipsa nata, Deus nuntiavit Patribus in Limbo, per Gabrielem. Quod Angelis in processione Natam in Cælum ferentibus, corpore, & anima (Anna extatica nesciente) illius formam, vnus aerea supplevit. Quod Angeli, vt pulchri iuvenes, apparuerunt illi, nomine luminoso Mariæ insigniti, & floribus coronati; cum palmis, & quasi ordinū militarium insignijs decorati, quæ Maria Mater Dei exprimebant: & specialiter Angeli 18. cum signis redemptionis splendentibus illi apparebant. Quod Domina infans non loquebatur potens, per annum, & dimidium; quia no-

nolebat, nisi cum Angelis, vel orans, cum solo Deo. Neque S. Anna agnouit eam potuisse loqui; fuit enim virtutis exercitium, & Altissimi ordo. Quod volebat in pueritia humiliores actus domesticos agere, & Matre non permittente, sola, interdum Angelis iuvantibus, in illis exercebatur. Quod, loqui incipiente, petijt Matri ne indueretur veste prætiosa, sed pauperrima, & iam vsa; cinericio colore, vt hodie induuntur Religiossæ S. Claræ, Quod Mater concessit, quantum ad colorem, & formam, admodum habituum devotionis, quibus hodie vtuntur pueri. Dicit vero n. 399 (*antes de la edad de tres años*) voluit practicare res humiliores domus. Hìc parenthesis fuit additio gratis, vt sequens incongruum apparear.

CENSVRA. *Hæ omnes propositiones respectivè temerariæ sunt, & contra Ecclesiasticæ regulæ modestiam assertæ, pleræque fabulas, & somnia Apocryphorum redolent, & Religionem Catholicam impiorum, & hæreticorum contemptui exponunt.*

§. 44. Ex qua sententia infertur clare: quod censor iste (vnus videtur esse) ex suppositione quod, inter Angelos existeret, tot sæculis transactis, inquibus Angeli, & homines Prophetæ, incarnationem decretam, & sibi revelatam anhelabant, vt humanitatem Creatoris sui, Redemptoris, & Capitis, existentem viderent; ortaque eius Matre; in qua etiam pignore illius carnis extra causas, atque Angelorum Regina; ipsis tunc alacri amore, & desiderio incensis, natalem illius festivare volentibus, more, & obsequio humnano; admodũ, quo illorum gaudium, & musica sensibilia in Euangelio, & Apocalipsi reffertur, & in Jeremia supponitur, dum fuit audita. 33. 11. *Vox gaudij, vox letitiæ, vox Sponsi, & vox Sponsæ; vox dicentium, &c.* Deo autem ordinante, vel saltem permittente conditionate celebrare Matrem suam, ita vt ipsi soli in mundo fuisset notum tale obsequium; non tamen publicè, sicut in Bethleem, vel ante Arcam, Typum, & vmbram huius Reginæ,

Da-

David saltabat totis viribus.2.Reg. 6. 14. Hoc quidem, quivis censorum si adesset non solum non suffragaret ad faciendum,sed expers,& immixtus;factum damnaret, & simul illam indecentiam (si non esset in scriptura de Dauid, sed à Deo privatim revelata) damnatam vt fabulam, vel somnium despiceret, sicut Michol *despexit eum*. Sed ibi sterilitate punita: quia illud obsequium fuit Deo gratum.Cur hoc indignum censetur, videntibus Reginam, à principio creationis, desideratam, ortam ? cum potius naturale rationi sit, & Diuino beneplacito consonum ; Deo ordinante, quod supernaturaliter implesset Ioannes ante originalē arcam, quod Dauid figuravit ante typum. *Ecce enim*, inquit Mater, *vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis , exultauit in gaudio infans in vtero meo*. Homo ipse missus à Deo, non minus Angelus eius erat, quam Spiritus,quos facit Angelos. Ex Malach. 3.& Marc. 1.Imo illius Spiritum,tunc saltantem ; Angelum fecit ex gaudio prosilientem, vt illi sonuit in vna aure Matris, Matrisque voce, *vox Sponsi, & vox Sponsæ*. Impleta ibi,in gaudio, & lætitia,Ieremiæ dicta prophetia (si autem hoc maneret occultum, sicut multa, & privatim revelaretur, ridiculum censoribus , & damnabile videretur) noluit ergo Deus imposibile, aut fabulosum posse rationaliter suspicari, quod adventum Matris suæ Angeli hilares celebrarent,occultis,licet sensibilibus,demonstrationibus , modo sibi connaturali, qui supetnaturali, & sensibili modo , Angelum suum humanum, de hoc ipso,gaudere demonstrativè dispensavit. Neque Ecclesia iudicat Angelos exclusos,in eius natiuitate, canens: *Natiuitas tua D.G.V. gaudiū annuntiauit in vniverso mundo*. Et die 8. cum S Cyrilo dicens: *Per te exultat Cælum, lætantur Angeli,& Archangeli*.Et non valet dicere quod gaudium Ioannis fuit propter Dominum. Nam vera ratio est,sed transcendens ; quia semper,& vbique venerationis Matris est radix filius ; sed quod filius sit causa Matris,non tollit quod Mater sit causa

 filij;

filij; & ſic quod Mater exaltetur propter filium, arguit hoc eſſe filij voluntatem, & ideo à nobis debitum; ſed non tollit debitum etiam perſonalem terminativè amoris, & reverentiæ; cum non tollat quod etiam, in ſua linea, filius exaltetur propter Matrem; vt in dicta ſententia prædicitur: *Per quam benedictus qui venit in nomine Domini in Sanctis Euangelijs nominatur. Per te Trinitas ſanctificatur; per te Crux pretioſa celebratur* (ex quo bene ſequitur dictum) *per te exultat cælum, &c.* ſup. ſic per te exultauit infans Angelus. Vnde verba Eliſabeth dicta, & ſequentia, ad Virginem terminantur immediate, aut in recto; cuius ore novus Angelus, & Propheta loquebatur (qui ex tunc fuit vox ſponſi, & amicus) & ſi intenſivè per tranſeant ad filium.

Si ergo aliqua ſigna gaudij, & obſequij, non poteſt negari fuiſſe rationabiliter decentia, & credibilia Angelis lætis, de ortu ſuæ Dominæ, & Reginæ, Genitriciſque vnicè Dei ſui; & in libro revelata non ſunt talia, & ideo fabuloſa, & conſequenter impoſsibilia; quis cenſorum dicet qualia fuerunt? Cui illorum revelatum eſt hæc non fuiſſe, & alia fuiſſe? Si hoc nequeant dicere; Cur non dixerunt peccatum formale damnationis, vel qualiter ſignanter indecentia, vel imcompatibilia, ſint cum Angelis, vel cum Virgine; aut *contra Eccleſiaſticæ Regulæ modeſticam*, vt aiunt? Quam regulam, non aſignatam, neque, ad rem, aſignabilem, vltro ſibi ideatam conſtituunt modeſtiæ, qui nullam iuſtitiæ, vt probatum eſt, æſtimaverunt. Quibus textibus, Patribus, vel canonibus opponuntur? Cur etiam impoſsibile ſit SS. Virginem pleniſsimum vſum rationis, altius quam Præcurſor, & ſcientiam, ac ſapientiam infuſſam, in infantia habuiſſe? Si autem hoc negare eſſet contra Eccleſiæ aſſenſum, & traditionem Patrum: vnde implicat tunc potuiſſe loqui? cum tarditas, ruditas, & quævis repugnantia imperfectionis naturalis, in intellectu, & locutione, ſit ex peccato, quod ipſa ignorat: & cum neceſſa

rio esset, potens manus, quæ ante posuit rationem, & sciẽtiam; supponitur quod præbuit necessarium vsum, vt non esset donum imperfectum, seu diminutum; atque inconsequens; dans magis, & negans minus, ad eundem finem. Si potuit loqui, & sapiens voluit abstineri, quid implicat? Si tantum cum Deo, & Angelis voluit, sic ille ordinans, vbi est inconveniens? Quod ipsi essent multi electi à Deo ad custodiam, consortium, & ministerium suæ Matris; quis iudicauit indignum, vsque modo? Et est curiosus appetitus damnandi, quod inter fabulas, & somnia sint imposibilia, & damnabilia hæc, quod Eva fuit similis Mariæ; quod conceptio corporalis fuit in die Dominica, & spiritualis in Sabbato. Qnod in pueritia volebat actus humiliores; & vestem pauperem, & cineritiam. Quamvis hoc apud Deum esset falsum, cui Theologiæ opponitur apud nos? Sed Angelorum festivum obsequium, custodiam, & ministerium cui doctrinæ in Ecclesia scholasticæ, misticæ, aut expositivæ contradicit? Nonne, vt sup. fol. 46. & 47. visum est; consonum experitur Patrum sententiæ, & Ecclesiæ consensui? Quam Spiritus S. cum plenitudine gratiæ suæ, singulari asistentia, servabat, & custodiebat (vt in communi consensu accipitur Angeli dictum, quod de nuo in ea venit, aut supervenit, iam gratia plena) est ponderabilius, quod Angeli multi custodirent, & ministrarent? Alia pietate respexit S. Bernardinus dicens: *Pie etenim credo, quod plurimas legiones habuit Angelorum, ad custodiam, & protectionem suam; cum & Eliseus, vt legitur 4. Reg. 6. Angelorum multitudinem habuit ad sui defensionem.* (1) Et alio Scripturæ fundamento, plus alibi asseruit. *Tot enim creaturæ serviunt Mariæ, quot serviunt Trinitati, sive Angeli, sive homines, sive corpora cælestia, sive elementa, & omnia, quæ sunt in cælo, & in terra: ipse, qui Deus erat, Matris famulabatur in terra, & erat subditus illis.* & alibi. *Omnes enim Angelici Spiritus sunt huius gloriosæ Virginis ministri, atque servi.*

(1) *S. Berdardin. to. 2. ser. 51. art. 3. c. 1.*

Idē serm 61. ar. 1 c. 6.

Idem to. 3 ser. 3. de Nom. Mariæ ar. 3. c. 2

Patet

Patet igitur impietas censuræ. Quia propositiones à Patribus, & Doctoribus admissæ hìc damnantur, vel quia revelatæ: de quo ait Hurtado: *Revelationes privatas viris Sanctis factas omnino excludere: nec illis fidem dare, proteruia est, & impietas. Sic fecit Kemnitius, quem imitantur plures huius sæculi.* & infra, de eodem, *non solum existimo impium, & temerarium, sed erroneum in fide* (2) Uel quia ita magna, quod nec de Matre Dei possunt credi. Oppositum sentit S. August. *Si Deus potuit hoc privilegium Matri suæ dare: ergo etiam dedit.* (3) & Novarino *Matris dignitatem cogita, & nihil fere tam magnum reperies, quod digne Virgini à Deo concedi non possit* (4) Sed velint, nolint, magnalia ignota, vt scriptum est, scient de Virgine pij. Richardus à S. Laurentio: *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei. Non solum dicta sunt, sed etiam dicuntur quotidie, & dicentrr vsque in æternum. Christus enim Mariæ filius, qui antiquis inspiravit, vt de Matre sua ænigmatibus gloriosa prædicerent, ipse, & quosdam illustrat, & etiam vsque ad finem mundi aliquos illustravit, vt semper aliqua gloriosa supperaddant.* Vnde infert? nisi ex ipso Psalmo: *Dominus narrabit, &c.* (5) Et quod Doctores lapidei indigni nesciant, scient digni per tempora electi à Deo. Vt fuit sententia S. Gregorij, quem citat Episcopus Cucharus, his verbis. *Vt Gregorius inquit in 4. lib. dialogorum, & in homil. 9. super Ezech. Quando plus finis sæculi approximabit, Deus mittet acutissimos Doctores, non dicit Sanctos, quos singulari illustrabit ingenio, plusquam ipsum, & alios Sanctos Doctores prædecessores eius, ad reppellendum multa obscura, vel anima Sacrarum Scripturarum, & adaperiendum secreta misteria, & arcana, non concessa in tali splendore sibi, nec prædecessoribus suis, revelare* (6) Vnde vanus est scrupulus, super revelationem, dum recto examine, & exacto, revelatio non comprobetur falsa, quia cum principijs nobis certis pugnet, non quia nova dixit, & ignota; cum constet, quod secreta, & arcana Dei semper

Nota sequentia pro ar. 2 supra.

(2) *Thom. Hurtad. nu. 795. & 797.*

(3) *Aug. ap. Bibl. Virg. to. 2. fol. 44. cal. 2.*

(4) *Novar. in vmbra Virg. n. 182*

(5) *Rich. à S. Laur. in Psal. 86., v. 2.*

(6) *S. Greg. apud Cuchar. in monum. Seraph. fol. 840.*

per fuerunt sunt, & erunt nobis nova, dum occulta, vsque ad cælum: & ibi adhuc erit nescientia illorum , quibus Deus illa non revelet. Vnde erroneum est iudicare, nihil novum vtile post Apostolos, esse in Ecclesia credendum, quasi impossibile esse Deum velle, vel posse illud revelare; cum opponitur illius prouidentiæ, & absolutæ potestati, qui, non solum in terra, sed etiam in cælo; non solum hominibus, sed & Angelis celavit iugiter, & revelavit, & modo, & in futurum quicquid vult. Vt constat ex gloss. in c. 10. Dan. & literaliter in 3. ad Ephes. quod post ascensionem, & adventum Spiritus. S. revelatum fuit S. Paulo Sacramentum, quod homines, & Angeli nesciebant. Et de his loquentibus dicit D. Dionisius: *Iuxta legem Diuinam, non omnia in nostra circunscribuntur scientia: multa autē, vel ignotorum causas habent Diuinas, vel quidem ignotas: notas vero nostris melioribus ordinibus: multa etiam excelentissimas latent Ecclesias: & à sola diligente sunt cognita sapientifica Deitate* (7) Et de Ecclesia notavit Maldonatus, super illud in Ioanne: *Adhuc multa habeo, &c.* (vt sup. art. 2.) *Ex hoc loco constare Christum nō omnia dixisse, quæ ad salutem nostram putabat pertinere; idemque fecisse Spiritum S. credendum esse: non omnia portare simul poterat, sed vt ætate crescebat, ita & scientiæ incrementum accepisse. Recte enim dixit Hilarius. Sicut Christus olim faciebat, ita nunc Ecclesiam (quamvis sensu alio) ætate crescere, & sapientia.* (8)

Dan. 10
Ephes. 3

(7)
S. Dion. de Eccl. Hierarc. c. vltim.

Manif. fol. 13.

(8)
Maldonat. in Ioan. c. 16.

Vel igitur sint damnatæ hæ propositiones, quia revelatæ, vt ex supradictis infertur, & etiam ex eo quod non sunt in aliquo defectu certo, & vero compræhensæ; Non oppositæ Scripturæ, vt visum est ; Non Patribus , sed potius his, & illis probatæ sunt conformes; Non bonis moribus, cum totius operis doctrina sancta est ; & illæsa à morsibus calumniatorum extat: Non veritati facti, cum de nullo mendacio formali , vel materiali sint verisimiliter, nisi temerariè, & arbitrariè calumniatæ: Veritasque Autho-

thoris (cuius manu primò, & secundò scriptæ, & viuens, ac moriens recognitæ notoriè constant esse) cuius vitæ,& veritati debetur fides humana,& piè Diuina ; cum Deus vitam eius, & mortem clarificavit miraculis autenticis: quod pro claritate revelationum S. Birgitæ, securam regulam esse, notat Episc.Gienensis: *Septimum signum boni Spiritus est clarificatio miraculorum post mortem videntis visiones: Nam qui vsque ad mortem per visiones à Dæmone illuditur, dignus non est, vt post mortem diuinis miraculis clarificetur*. Et infra. *Cedat igitur temeritas suspicionis fallacis spiritus, ac detractio superba, & invidia stulti iudicij, & detur locus gloriæ, & gratiæ Dei, quæ tantò maior esse dignoscitur, quanto ignorantiæ, & modicæ fidei nostræ videtur incredibilior.* (9) Vel sint damnatæ quia plures illarum sunt connexæ cum misterio conceptionis; vt constat ex supradictis, & ex illata sæpe, ac fundata, & clara præsumptione; hos enim fines, scilicet non credere misterium, & revelationes (de quibus ab oppositis Doctoribus collegis arguuntur) non potuit censura explicitè promere; sufficit damnare totum, quod à priori, vel à posteriori, vel connexive, vel quovis modo fundat, vel roborat, vel supponit illos: vnde excepta est, ex partibus operis, vna, impropriè traducta, absque collatione aliarum, circa sensum, neque originalis, neque contextus; imo verba, & sensum secando; & adhuc sic non potuit malitia aliquem errorem inexcusabilem abstrahere; cum facile huiusmodi possit heresis ex Evangelio extrahi: audi de hac versutia Augustinum: *Non potest error oriri paliatus nomine Christiano, nisi de scripturis non intellectis, & hoc ideo, quia præcedentia, & sequentia non contulerunt.* (10) Ita ergo sunt abstractæ, dictæ propositiones, cum illis, quarũ nihil ad Theologiam pertinet, vt cumulatim multæ aggregatæ, extensione saltem numerosa, motivum confusum præberent, excusans totius libri, qui misterium ipsum principaliter, & formaliter revelat, absolutam damnationem. Hæc malitia

(9) *Episcop. Gienens. in suo prolog. c. 6. f. 273*

(10) *S. Aug. apud P. Laureã. 1. p. to. 3 sent. disp 7. n. 150*

tia evidens eſt literatis; nam hæ vltimæ 36 propoſitiones, nihil difficultatis Theologicè examinandæ claudunt (vltra præcedentes articulos) niſi eiectionem, conſortium, & miniſterium Angelorum; & ſcientiam ad locutionem infantis Reginæ: quæ ſunt duæ materiæ ſpecificè, in quarum reſolutione, propoſitiones inferiores, quæ per magis, vel minus non mutant ſpeciem, reſolvuntur. Adquid ergo Doctores, & Magiſtri extendunt ſingularum expreſsionẽ, quæ in ſpecie, & ſubſtantia non diſtinguntur, extra ordinẽ ſcientiæ, & Curiæ Romanæ? niſi vt infra dicant. *Hæ omnes propoſitiones temerariæ ſunt, &c.* & multæ ſonent damnatæ divulgatæ, non data ratione, aut fundamento; ſi autem daretur; aut ſi illæ duæ materiæ in ſpecie, vt dictum eſt, damnarentur; motivum damnandi clareret, & vileſceret cenſura, quia nullus Theologus ignorat, quod ſcholaſticè, & expoſitivè, ſecundum Scripturam, Patres, & aſſenſum Eccleſiæ, nihil in illis eſt inconveniens circa Matrem Dei. Facilius etiam ſic proſiliret hoc iudicium, quam de multis ſingulatim, tacito fundamento. Patet evidentius dicta malitia. Quia hæ propoſitiones, & difficultates extant olim calumniatæ, & delatæ pluries (nunquam defuerunt ſimiles zelatores, eodem fine) & ſolutiones ampliſsimæ præcedunt exhibitæ impreſſæ (præter illas in prologo, & notis eiuſdem operis, quæ ſunt exactæ) aliæ ab anno 1680. vbique extenſæ, in dicto opere *Satisfacion por la Religion*, ad novas calumnias, in quibus ſunt hæ præſentes, ita efficaces, quod ipſis ſolis, nulla addita defenſione, modo deberet dilui tota cenſura; aſt de facto delent omnem excuſationem præſentium cenſorum, quæ peccatum ſuum, cũ debito reſtitutionis, poſsit ſimulare, vel tegere. Quatenus, licet contumaces poſsint ſibi non admittere, vel credere illas ſoluriones, textus, authoritates, & rationes; tamen nõ poſſunt eorum probabilitatem intrinſecam, & extrinſecã Theologicè extinguere; vel validè negare; atque minus damnare. Vnde facultas literaria, quæ opinionem non ſuperat, quamvis iure procederet, non potuit in conſcientia

vllam

vllam propoſitionem, opinione tutam, damnare, & venerabilem Autricem infamare: & multo minus prolatione abſoluta, non data doctrinaliter regula fidei contraria, ab Eccleſia dimanata, vel credita, illam, & omnem opinionem excludente; cum nulla ſit ſententia pœnalis, niſi ex lege; neque doctrina ab Eccleſia excludens, niſi immediatè ab Eccleſia ipſa.

Ego autem in obedientia mea ingreſſus ſum: in parvitate mea progreſſus ſum; & in inſipientia mea confeſſus ſum; quod ad nullum genus intellectualis belli, vi alicuius ſcientiæ, vel ingenij fiſus ſum: aut præſumptione elatus, motus ſum, ad vllam rationis pugnam, cum minimo famulo Tantæ facultatis; cuiuslibet Doctoris, ex cenſoribus, ſapientiam, neque attingo, neque nego, neque dubito. Agnoſco ſimul, quod omne à me hìc prolatum, ſciet, & amplius me docere polet: ita vt ſi velit reſpondere, ſua eruditione ſuperabit eloquenter meam indigentiam. Eſt tamen dubium; ſapientis actus cuius habitus, vel potentiæ ſit, ſæpe enim voluntatis actus ingeritur intellectui, vt habitus ſapientiæ ſterilis habeat filium adoptivum, aut ſaltem putativum. Quæ mater pepererit actum cenſoris modo omitto. Sed tantum confido, quod locus non poſsit negari probabilitati ſexaginta Doctorum Sorbonæ, qui ſunt pro libro: & additis tot, quot hìc dati ſunt, eiuſdem facultatis, viventes in cælo, & loquentes in terra, iam excedunt numerum factionis; quæ non poteſt concludere improbabile eſſe dictum, pro damnatis propoſitionibus; neque falſum; quoniam falſitatem intrinſecam illarum nequeat cõprehendere; & minus horum pro illis allegatorum. Quæ probabilis veritas ſat eſt, vt falſitas in ſenſura non potuiſſet iudicari intrinſeca; neque veritas oppoſita, impoſsibilis; & ita neque damnari à facultate fallibili; cui ideo non reliquit Eccleſia actionem ad cognitionem revelationum; & minus ad iudicium; & potius ad præſens, quodvis fuiſſet, dum pẽdet à Sede Suprema. Quod ſi illud manet opinabile, vel hoc certum; etiam liber fuit, & manet liber.

LAUS DEO.